Liturgia Prima Edwardi Sexti.

ORDINATIO

ECCLESIAE, SEV MINISTERII ECCLESIASTICI, IN FLORENTISsimo Regno Angliæ, conscripta sermone patrio, & in Latinam linguam bona fide conuersa, & ad consolationem Ecclesiarum Christi, ubicunque locorum ac gentium, his tristissimis [illegible] temporibus,

EDITA,

AB ALEXANDRO ALESIO SCOTO SACRAE THEOLOGIAE DOCTORE.

LIPSIAE
IN OFFICINA VVOLFGANGI GVNTERI.
Anno
M. D. LI.

INDEX EORVM, QVAE CONTINENTVR IN *hoc libello.*



PROOEMIVM IN LIBRVM QVI CONTINET ORDINEM ET CONSTITVTIONEM MINISTERII Ecclesiastici in Anglia, conuersum in Latinum de sermone Anglico.



ONVERSIS MVLTORVM ANIMIS *ad studium & curam ueræ pietatis & religionis, Interea dum alij irascuntur, alij litigant, alij rebus commotis amplius etiam turbant, necessario fit, ut non modo doctrinæ puritas fideliter custodiatur, sed ut status etiam* Ecclesiæ *diligenter ordinetur.* Vt *enim deprauatio dogmatum totam rem Ecclesiasticam labefactat:* Ita *confusio administrationis, illam deformat, & doctrinam quoque aut obscurat aut peruertit. Habemus autem tam de conseruanda & tuenda ueritate doctrinæ, quàm honestate & ordine, mandata uerbi* Dei, *quibus* Christianos *non parere uelle, nullo modo est ferendum. Paulus scribens Colossensibus ait:* Hoc dico, *ne quis uos decipiat* sermone probabili. Etsi *enim carne absum, spiritu tamen uobiscum sum, gaudens & aspiciens ordinem uestrum, & firmamentum fidei in Christum uestræ.* Quemadmodum *igitur accepistis Christum* Iesum Dominum, *ita in illo ambulate, radicibus iactis, & augescente ædificio uestro in ipso, & stabiles in fide, sicut edocti estis, abundantes in illa cum gratiarum actione.* Videte *ne quis uos deprædetur per philosophiam & inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum, & cætera. Prima igitur esse debet cura dogmatum, quæ est cognitio & scientia ueritatis cœlestis, cuius* Magister *& doctor est* Filius Dei, *qui de sinu* Patris *hanc doctrinam protulit, quam corrumpi aut inquinari ab hominibus* Ecclesia Dei *non patitur, hæc est enim columna & fundamentum ueritatis, siue sapientia illam impetat, seu audacia oppugnet. Suntq; cum hac coniunctæ obseruationes quædam perscriptæ & mandatæ uerbo* Dei, *& cum doctrina fidei inseparabiliter copulatæ, quæ* Sacramenta *nominantur.* In *his igitur non concedendum est ingenio & industriæ humanæ, ut quicquam iuris sibi uendicet, sed ut dogma-*

tis re-

tis, religiosa & pia & simplex assensio debetur, ita etiam hæc seruari & fieri immutabiliter, neque rationem humanam aliquid architectari in eis oportet. Postea loco secundo omnibus in partibus communitatis Christianæ seu rei Ecclesiasticæ, diligenter & prudenter constituenda sunt, & ordinanda ea, in quibus pulchritudo ac decus & utilitas atq; fructus religionis conspiciantur, ac insint. Hæc & locis & temporibus diuersa & fuerunt & esse possunt, & stante ac durante consensione fidei, atq; dogmatum professione, neutiquam scindunt in isto genere dissimiles obseruationes ac ritus, concordiam atq; unitatem corporis Ecclesiastici. Vnam enim sanctam & Catholicam Ecclesiam Orthodoxia efficit, quæ est unanimis sanctæ fidei & doctrinæ Euangelij confeßio & obedientia, & uerus cultus Dei, secundum uerbum huius, Non alicuius ritus, aut Ceremoniarum obseruatio, quæ uniuersæ ad Ecclesiæ ædificationem pertinent, & in hac ipsa spectantur. De quibus quoniam nostris quoq; temporibus disputationes ortæ fuerunt, ut qui domum extruere uult, si sit unde exemplum petere poßit, eo libenter utitur, ita opt. erat aliquam extare Apostolicæ institutionis imaginem, ad quam status Ecclesiæ conformaretur. Magis enim certe par erat, ut huius rei causa nauigatio susciperetur, qua per Oceanum orbis terrarum obiri dicitur, quam mercium externarum & euanidi lucri causa. Quanta cum diligentia Corinthiacam Ecclesiam constituerit Paulus, de Epistolis illius apparet. Neq; dubium esse potest, quin parem curam & aliarum gesserit. His tradidit doctrinam puram Euangelij, & addidit pro re, tempore, loco, ordinis præscriptionem & leges administrationis. Atq; istæ παραδόσεις appellatæ fuerunt, id est, traditiones, & quibus tradebantur, ij accipere dicebantur. Ostendat aliquis ubiuis gentium aut locorum custodiam harum. Vbi doctrinæ remansit sinceritas? Vbi cultus diuini sanctitas? Hæc sunt ea quibus in Ecclesia labefactatis nihil consistere poßit. Sed ubi species etiam tandem religionis reliqua fuit? Vbi ordine & uera ratione administrata res Ecclesiastica? Immo uero ubi non tenebris superstitionum & erroris hæc fœdißime obruta iacuit? Neq; cognitio & scientia ueritatis, neq; uitæ & morum honestas amplius tueri potuit nomen & profeßionem Christianismi. Cum principes in Ecclesia opibus accumulandis

landis studerent, & uoluptatibus huius sœculi fruerentur, & scholarum quidem ministerio ad peruersionem simplicis doctrinæ Apostolicæ, Monachorum autem opera ad hominum animos superstitione irretiendos uterentur. Facilior autem res fuit, in barbaria & ignoratione literarum, Qua tandem depulsa quod effulgeret lux ueritatis, & errores ac fraudes detegerentur, neq; ab ullo ratio iniretur correctionis, sed quasi regnum quoddam, quamuis iniustum, tamen propugnaretur gubernationis deformitas & uiolentia, adeo ut manifestè impia & absurdißima quoq; defenderentur, ab ijs quibus aut existimatio aut commoditates suæ potiores erant gloria Dei & utilitate communi. Tum igitur beneficio propitij & misericordis Dei, excitati paulatim aliqui fuerunt, qui intueri illam lucem, id est, sacris literis legendis & cognoscendæ ueritati incumbere non dubitarent, à quibus cum & alijs falsitas exitiosa & scelerata mendacia demonstrarentur, quibus capti mortales & plane in carcere quodam inclusi miserè interirent, ita negotium commotum fuit, & res eò difficultatis proceßit, ut quid tandem futurum sit, omnes prudentes admodum uereantur. Est enim ueritati inimica potentia huius mundi, est calliditas, est etiam improbitas & petulantia. Quarum copiarum, quæ sunt maximæ & firmißimæ, quomodo sustinere impetum poßit paucorum, qui ueritatis uocem audierunt, & ad cœlestem lucem aspexerunt, imbecillitas & simplicitas & pudor & patientia? Dum ij quorum est primatus, qui opes & arma tenent, ut feræ sauciæ, non tam suæ incolumitati prospiciunt, quàm furore improuido eos, à quibus se læsos esse putant, impetere solent: Dum illis subseruiunt malitiosi quidam & caupones Verbi Dei, secundum Paulum: Dum omnia fraudibus & fallacijs miscentur, Dum etiam ipsa aliquibus quies molesta est: Quis non intelligit necesse esse ut uehementer concutiatur, & grauiter affligatur res Ecclesiastica. Videat aliquis eos qui Pastores gregis & Episcopi populi esse debebant? Vbi studium doctrinæ apud hos? Vbi legum uel pietatis & religionis ueræ, uel propriorum quædam & ipsorum custodia? Aut quid iam inter horum & tyrannica illa ueterum imperia interest. An minus ardent regni cupiditate? aut remißius expetunt splendorem diuitiarum, aut uerecundius libidinibus obscœnis indulgent, aut clemen-

 tius

tius dominantur? Alij uero quæso quid? Tales esse docebat Socrates subditos, quales essent Principes. In his igitur hypocrisis quondam, nunc impudentia, Opinio olim religionis, nunc Ironiæ, Superstitio profanitas est. Nulli fere alij rei studet hæc turba, quàm odijs, inuidiæ. Zelo immani erga alios, ipsa interea sibi uidet, & præsentis uitæ bona carpit, quàm minime credula posteræ, ut ait Horatius. Quæ cum ita sint manifesta, ut negari nequeant, & omnes fateantur respectu & remedio his tantis uitijs opus esse, medicina quidem quæritur morbo, atque etiam promittitur, sed quia perspicuum est ad quos negotium maxime pertineat, & periculum quibus impendeat, & metuunt sibi hi maxime, ideo mirifice res inuoluitur, & impediuntur progreßiones ad felicem exitum. Modo Tragœdiæ, modo Comœdiæ luduntur. Prodit Polyphemus aliquis tanquam in Scenam, & egentes uictus hospites infligit saxis, & exanimatos deuorat. Prodit Vlysses, & nefarias fraudes struit in caput & uitam, uerbi causa, Palamedis & Philoctetæ, autor est Regibus & Imperatoribus funestorum consiliorum & actionum cruentarum. Tum deinde aliquis aduenit de Pseudulo aut Pœnulo, qui faciat illud uerisimile, quod mendacium est, Quiue sit bisulca lingua, quasi proserpens bestia, mortalis catus, malus, crudusq; & callidus & subdolus. Aut enim ui & ferro, ac manu, aut malitia aut dolis & imposturis, obstruitur ueritatis luci. Ipsa quidem uis iniusta sit necesse est. Nihil enim tam contrarium iuri, quàm uis. Fraudulentia autem quæ nocentior & turpior est, ne ipsa quidem sese amplius tuetur, quia patefit. Nulla enim fraudis non occultæ efficacia est. Edunt libros quidam mirabiliter idoneos, ad intricanda ea, de quibus quæritur. Hoc enim ualet ad fulciendum statum præsentem, cuius fundamenta sunt errores. Sacris literis & Scripturæ diuinæ non magis confidunt, colligunt alia non scripta, sed tradita, ut aiunt, ab Apostolis. Quibus uero aut quo pacto, aut quando, quomodo ostendant non curant. Satis habent de traditionibus, nescio quibus, deq; harum autorum præstantia aliquid potuisse declamitari. Quæ illæ fuerint, quæ esse etiam potuerint, non laborant, faciunt quod improbus pater filio nequam præcepisse fertur, ut in qua causa uero non posset uincere, in ea iurgia & rixas moueret. Dum enim hæ contentiones & altercationes uigent,

uigent, interea & potentia iniusta, & licentia improbitatis, & uoluptatum delitiæ retinentur. Cognoscatur enim res liquido, & disceptentur controuersiæ libere, remoueantur uela ignorantiæ & falsitatis. Iam & iniuriarum uiolentia, & impostura superstitionum, & humani ac diuini iuris tam euersio quàm confusio in conspectu omnium mortalium erunt, neq; animaduersionem amplius effugere poterunt. Debebat & poterat hoc fieri in sancta, pia, legitima, Christiana, libera Synodo, cuius dies nondum reperta est. Et dicũtur iam, nescio quæ Calendæ præstitutæ esse rursum Synodo, quasi laceræ uesti reconcinnandæ. Sed nisi res aliter gesta administrataq;, quàm hactenus, fuerit, ut fiat aliquid uehementer & crudeliter, non tamen diuinã ultionem uitabunt, tam suasores quàm executores iniustitiæ. Est enim profecto nunc quoq; secundum Euangelicam similitudinẽ, securis apposita arboris radici. Et undique annis compluribus nunciata prodigia, aliquam mutationem præsentis uitæ portendunt, quam utinam ij, qui plurimum uiribus ualent, non ad ruinam impellere, sed potius moliendo salutarem instaurationem ad euentum felicem conuertere uelint atq; studeant. Verum de hoc fiat, quod Deo uisum fuerit, id erit, quicquid preces aßiduæ piorum & religiosorum hominum impetrauerint, & benignitas misericordis Dei ad Ecclesiæ Christi defensionem & protectionem conferre nostro seculo uoluerit. In hac quidem dißipatione & perturbatione omnium, sibi unumquemq; prospicere rectum est, & oportet. Tantum abest ut culpandi sint quasi inquieti illi, qui ab erroribus compertis recesserunt, & ad ueritatem se receperunt. Non enim inquietus putandus est, qui procellas uentorum fugiens, subter tectum se recipit, aut deiectas tegulas reponit. Sed tempestatis illa sæuitia & importunitas est. Superstitio, inscitia, barbaries, crudelitas, superbia, tyrannis, Tempestas est, quæ ædificationem Ecclesiæ Apostolicam labefecit & detexit. Hæc damna uidere, & approbando atque fouendo augere, extremæ impietatis est. Restat, ut alijs cessantibus & cunctantibus, aut etiam, nescio quid clanculum architectantibus, hi, quibus Dei honor & ueneratio, & sua salus curæ est, deserti, & aliorum ope destituti, ad se ipsi respiciant, & tanquam in pelago uasto, ad clarißimam uerbi Dei

lucem, quæ ingente misericordia illius nunc longe & late refulget, conuertant oculos, & dirigant cursum suum, ut in portum speratum deferantur, quæ est cognitio & cultus Dei, in religiosa & pia morigeratione & auscultatione Euangelij, & innocentia ac iustitia propter Christum, & resuscitatio in uitam sempiternam. Hoc fecerunt, cum alij plerique Spiritu Christi incitati, tum nuper splendide, illi, secundum Maronem, toto diuisi orbe Britani. Qui dum longo tempore frustra expectant, quid decernat potestas Ecclesiastica, tandem desperantes ab ijs, quibus suam gloriam priorem esse uiderent gloria Dei, ne perpetuo, tanquam Larus hians, ut dicitur, fallerentur atque eluderentur, suas res ipsi curare ceperunt. Fit nimirum idem, quod ad Christi & Apostolorum doctrinam, quæ ab alijs, quibus hæc præcipue dabatur opera, repudiata totum orbem deinde terrarum peragrauit, illiq; deserti, miserabilem postea depopulationem, & grauißimas calamitates senserunt. Sed de ordinatione Britanica, plura etiam dicenda sunt. Peruenit hæc ad nos, edita sermone patrio. Erant autem totius quasi corporis membra duo: Vnum doctrinæ, alterum obseruationum & rituum. Doctrinam, quod consentiret cum aliorum multorum pijs & Euangelicis scriptis, ut communem & notam in præsentia relinquendā duximus, edetur posthac tamen, Deo uolente, hæc quoque. Ordinationem autem cum illa congruentem, uisum fuit in Latinum sermonem translatam nunc euulgare, ut à quam plurimis legi & cognosci posset. Mouit autorem in hoc eximium studium erga illam pœne patriæ ipsius Ecclesiam. Et utile uidebatur innotescere hanc diligentiam atque curam Britanorum, uel ad exemplum uel consolationem, uel etiam dolorem aliquorum. Nam neq; defuturos esse sperandum, qui hoc præclarißimum et diuinum factum in constituenda atque ordinanda Ecclesia Christi, imitari ac sequi uellent. Et dubium non erat, quin multorum animos exhilaratura, & conatibus adiumentum allatura esset uirtus & pietas Britanica. Et apparebat aduersarios atque hostes ueritatis, de hoc successu & progreßione ista Christianæ fidei, tristitiam magnam percepturos esse. Quod ad rem autem attinet, & operam conuersionis, bona spes est, omnes intelligentes comperturos esse, quod accurate & fideliter in Latinum sermonem tra

ducta

ducta sint, ea quæ in Britanico libro extant, simplicem hunc quidem, ut decuit, & Ecclesiastica consuetudine tritum, & interpretantem uerbis usitatis, descriptionem Britanicam, & hoc opus secundum illa exprimentem, nullis pigmentis aut coloribus additis. Quæ quidem qualia uideantur alienis à studio ueritatis cœlestis, nihil refert, sed credibile tamen est, futurum ut in quibusdam hæreant etiam animi & cogitationes religiosæ ac piæ: Magis his suspicantibus & metuentibus, nescio quid, quod alienum sit à sua sententia, quàm aliquid falsi & mali refugientibus & uitantibus. Tentatur autem grauiter & uehementer Ecclesia nunc quoque hoc malo, quod inter sese non plane unanimi sunt sensu, neque eadem oratione utuntur, omnes qui de summa rerum & capitibus doctrinæ cœlestis, uel non discordant, uel certe concordare uideri uolunt. Acciditq; idem quod queritur Gregorius suis temporibus usu uenisse, ut commotis studijs contentio semper irritet aliquorum indignationem, utq; nimio ardore interdum admodum peccetur. Dum nemo minus uideri altero, ac potius solus sapere uult, fit ut non necessarijs quæstionibus & disputationibus necessariarum rerum cognitio negligatur. Et usu uenit plerunque in istiusmodi certaminibus, quod in clamoribus. Dum enim uox intenditur immodice, inter hunc nisum penitus etiam deficere solet. Et qui inuictum, per omnia esse se oportere existimat: Is ad mirificas nonnunquam & absurdas ὑπερβολὰς quasi uentis quibusdam φιλονεικίας defertur. Re autem inchoata, ut à seruulis in Comœdia, ita sæpenumero ab ingenijs uehementibus turbatur in doctrina amplius. Hoc miserum quidem est, & deplorandum, sed conditio alia Ecclesiæ non est. Non enim cessat tentator, & si una uia non succeßit, aggreditur alia. Nihil sane molestius neque tristius est, quàm cum sanior etiam pars præposteris acta studijs incipit diuidi, quemadmodum & nunc cum maximo dolore piorum fieri incipit. Vt quemadmodum inter lauandum tam ea aqua, quæ promanauit, quàm adhuc inter manus redundans diffunditur: Ita & modo quasi diffluit & diffunditur res Ecclesiastica uarie, discedentibus manifeste quibusdam, quibusdam in disputando fluctuantibus, & aliquam diuisionis occasionem arripientibus. Non iam

nulli & uocabula & pœne syllabas expendendo, uerbis tantum litigant, reipsa, si placide exquiratur, futuri concordes. De quibus iam alia esset disputatio, quam suscipiendam non duximus in præsentia. Redimus autem ad librum Britanicum. In eo quidam optimi & ueritatis studiosissimi cum ad legendum hic illis exhibitus fuisset, notarunt primum similitudinem quandam obseruationum, communium cum ijs, quæ non in Romana sancta, sed Romanensi ista corrupta Ecclesia frequentarentur. Ad hoc quamuis respondeant ipsi, qui Britanicum librum composuerunt: Tamen & nos uere possumus dicere, optimum esse in omnibus mutationibus, quam minime longe recedere ab ijs, quæ in usu sunt, quia subitæ & magnæ mutationes semper admodum sunt periculosæ. Et multo est tutius, aliquorum laudabilem consensum sequi, quàm abiectis omnibus denuo aliquid, quod nouum omnino sit, comminisci atque instituere. Non ideo probantur errores & uitia si aliquid defendatur quod illa contaminauerant, modo remoueantur. Neque assentatur certe medicus morbo, si non statim membrum, quod medicabili malo laborat, resecet & abijciat. Non hæc siue prudentia, seu moderatio, seu etiam timiditas, non inquam inseruit hæc neq; gratificatur ullorum impietati, sed caute & circumspecte, & cum timore Dei rem gerit necessariam, & seruit Deo atq; Ecclesiæ, in asserenda & tuenda & custodienda ueritate cœlesti, & gratificatur Filio Dei, qui coli uult per sanctitatem & iustitiam, coram Deo, & adorari per Spiritum sanctum. Non placet hoc alicui θερμοτέρῳ τὴν φύσιν, Videat ille quid agat, & quo progrediatur. Neq; ὑπερφρονείτω παρ' ὃ δεῖ φρονεῖν. Non obtrectet aliorum pijs & temperatis rationibus, neq; damnet insolenter alios minus confidentes & fortes. Omnes enim statuentur coram tribunali Dei, dicturi causam de ijs quæ fecerint. Non inquirat igitur ille excelso animo in omnia humiliorum dicta ac facta, ferat quædam, nulla calumnietur. Non speret rixando aut altercando cõsuli posse afflictis rebus, sed potius ad omnem compositionẽ necessarijs affectionibus duabus, cognoscendi una, & ignoscendi altera. Magna & ardua res est iudiciũ. Hoc, quo negotium est maius, & lis de bonis minus uulgaribus, eo diligentius

exercen-

exercendū, & minus temere ferenda sententia est. Causam oportet esse & euidentem neq; ambiguā, & grauem, atq; nullo pacto dissimulandā, propter quam accusare frater debeat fratrē. Multo magis, ut condemnare rectum sit. Videat igitur sibi quisq;, neq; sit uelox ad pronuntiandū, sed potius ad cognoscendū attentus, & ignoscendū ubicunq; fas fuerit, propensus. De his igitur satis. Incurrere deinde in notationē intelleximus, singulariter etiam quædam, quorū facilior est futura explicatio. In distinguendis capitibus κατηχήσεως, non eundem ordinē quem alij, etiam in referendo Decalogo Iosephi expositionem secuti fuerunt. Etsi autem fatemur, & per se, & respectu discentiū, nobis quoq; potius probari eam seriem, quam nostræ Ecclesiæ tenent, & quæ ab antiquo est notior, ut studeamus legem explicari primo loco, secundo tradi doctrinam Euangelij, quæ est Symboli: Tertio, adiungi adorationis & precum pietatem. Similiter & duarum tabularum distinctionem ueriorem esse iudicamus, ut in secunda primum caput sit obedientiæ erga parentes: Tamen non uelimus equidem ob hanc causam discedere ab alium quendam ordinem sequentibus, multo minus illos odisse aut insectari. Sunt enim hæc certe eiusmodi, cuiusmodi illa, de quibus Beatus Paulus iubet unumquemque intellectu proprio abundare, hoc est, sine dubitatione sequi sententiam suam. ἕκαστος, inquit, ἐν τῷ ἰδίῳ νοῒ πληροφορείσθω. Eodem referri debebunt & illa, quæ de usu sacratissimæ Cœnæ Dominicæ, deq; gestibus quibusdam abrogatis, in hoc libro leguntur, & nunc præclare in Ecclesijs Britanicis obseruantur. Nimis enim inhumanus est, qui non concedendum putat mores & consuetudines & ritus suos quibusque, modo non aduersentur ueritati. Non necesse erat mutare uestem aut uictum eum, qui de aliqua quondam familia philosophorum Christianismum amplexus fuisset, neque nunc necesse est ab omnibus Christianis cuncta eodem modo fieri & geri, Quia unam oportet esse fidei doctrinam, unam dogmatum professionem, unum charitatis uinculum. Cætera sunt diuersa locis, conditionibus, temporibus. Hæc unitatem religionis & Ecclesiæ non scindunt, Nisi & hoc existimandum est, separationem facere, si non eodem sermone utantur

omnes in religionis cultu. Id quod est & falsum & pernitiose introductum, ad obscurandam cognitionem ueritatis, & quasi obducendum horrorem quendam superstitionis. In Britania alij hominum sunt mores, ut sermo quoque, quàm uel in Italia uel Germania. Iam quis nescit temporum momenta & inclinationes multa monere, quædam subijcere, non etiam nulla extorquere. In hoc genere pono & abrogatam ostensionem consecrati panis atq; calicis, quam Eleuationem uocarunt, eleuantem hanc quidem in multis locis tanti Sacramenti pondus & excellentiam. Neque ideo tamen damnamus eos qui hunc gestum ostensionis absque impietate aut superstitione retinent. Vtrisque enim in re non necessaria suum iudicium relinquendum est. Non uoluerunt scilicet in hac parte Britani aliquid quod dubium uideretur, aut cogitationes humanas sequi. Alijs εὐλάβεια obstitit, & metus obtrectationum quo minus ritum hunc mutarent. Neutri damnandi sunt, cum idem agatur ab utrisque, ut in doctrinæ ueritate Deus sancte, caste, placide colatur. Hæc igitur non spectentur. Sed caput, qui est Christus, Filius Dei, uerbum Dei & ueritas æterna, ad quem referantur omnia, ut super hoc crescat ædificatio Ecclesiæ, ex quo totum corpus concinnatur & coagmentatur omni compage copiæ, secundum efficaciam, & pro modulo uniuscuiusque membri incrementum corporis facit ad ædificationem suijpsius in caritate. Nos sane de his, quibus nihil detrimenti affertur doctrinæ ueritatis, litigandi consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei. Quicunque autem hæc & huiusmodi ad exagitandum arripiunt, uel ut φρονίμων φρονιμώτεροι, quemadmodum dicitur, esse uideantur, uel æmulatione aut incogitante ardore animi impulsi atque concitati, ipsi rationem reddituri sunt Iudici uiuorum ac mortuorum, inclementiæ erga alios, non certe malos neque impios, suæ, & tumultus in Ecclesia Christi commoti, & audaciæ decernendi, iudicandi, condemnandi uel innocentes, uel eos saltem quibus parcere, uel quos reuereri etiam criminatores illos & capitalium sententiarum pronunciatores, æquum fuerat. Sed hæc Deo permittantur. Hic liber, quia & per se utilis futura lectio ipsius quàm plurimis, & hoc tempore di-

ninitus oblatus esse uidebatur, ut ederetur, perfectum fuit. Et haec editio dicatur ac liber peculiariter ad eos mittitur, quicunque tandem futuri sunt participes deliberationum de re Ecclesiastica, cuius constituendae gratia, sunt qui serio tandem conuentum habitum iri existiment, annitente & agente negotium Imperatore Carolo V. Augusto &c. Cuius iudicium & uoluntatem, ut ad ueritatem dirigat, & in hac propugnanda conseruet Deus, in cuius manu sacra scriptura esse docet cor Regis, omnes pij & religiosi continuis precibus flagitare debent, adorantes suppliciter aeternum & omnipotentem & iustum & misericordem Deum Patrem Domini & Saluatoris nostri unici Iesu Christi. A quo & hoc magnopere petendum est, ut & furor manifestus, & insidiae atque doli inimicorum & hostium ueritatis ac Ecclesiae Christi, repellantur, detegantur, frangantur, utq; ad maximarum & grauissimarum rerum explicationem aperta & plana uia perueniri possit. De autoritate uerbi Dei, de scriptorum Propheticorum & Apostolicorum excellentia. De doctrina fidei, de spe liberationis à peccato & morte. In scientia & confessione aeternae & coelestis ueritatis, de his igitur tantis rebus agitur, non de flammis, apice aut ministri cinctu, aut gestu rituue sacrorum. Facilia & in procliui erunt caetera omnia, si hoc expediatur. Quo neglecto aut praeterito frustra in alijs constituendis & disponendis opera sumetur. Inducetur enim ita parieti uitioso & labanti tectorium, quod rimas & hiatus diu non poterit tegere. Vel erūt haec potius sepulcra incrustata, intus referta foeditate abominabili. Nihil autem se bonae spei de euentu, offert, in hac superbia & contumacia poene omnium. Quotus enim quisque est, qui Dei & Ecclesiae respectu non suo tangatur. Qui Dei gloriam, non suam, Ecclesiae incrementa non sua emolumenta quaerat? Cum ea facta sint atque fiant indies, in quorum conscientia nemo oculos attollere, sed defixos pudore humi tenere debebat. Ceruices potius alte efferuntur & Pharisaica confidentia, iure quodam non tam meriti quam nescio cuius uel successionis uel nominis, peculiarem populum Dei se quidam esse arbitrantur, ut Iudaei posteritatem Abrahami ostentare solebant. Non sint tamen ulli

 freti

freti Ecclesiæ titulis, hoc uideant, ne illos infamando, & Ecclesiam contaminando, animaduersionem iustam Dei prouocent: Qui potest Abrahamo posteritatem de saxis excitare, & adducere externos, & filios regni eijcere foràs. Hæc non ut insultatio, sed ut admonitio, ita accipiantur. Et abijciamus uniuersi nos coram Deo, qui superbis resistens, propitius est humilibus. Cum Daniele confiteamur peccata nostra, & in uera pœnitentia inuocemus misericordiam Dei: Peccauimus Domine, iniquitatem fecimus, impie egimus, & recessimus à mandatis & iudicijs tuis. Non obediuimus uoci Filij Dei, neque religionem sinceram seruauimus, neque doctrinam Apostolicam custodiuimus. Tibi Domine iustitia, nobis autem confusio faciei. Nobis confusio faciei, regibus nostris, principibus nostris, & patribus nostris qui peccauerunt: Tibi autem Domino Deo nostro misericordia & propiciatio, quia recessimus à te, & non audiuimus uocem Domini Dei nostri. Et nunc Domine Deus auertatur ira tua & furor tuus. Propter temetipsum inclina ô Deus aurem tuam, & audi, aperi oculos tuos & uide. Neque enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Hæc qui monent & qui docent, non nomine Ecclesiam Catholicam, sed reipsa spectandam atque æstimandam: Qui superstitionum & falsitatis errores, qui uitæ turpitudinem, disciplinæ dissolutionem reprehendunt: Qui ad ueritatem quærendam & cognoscendam inuitãt & hortantur homines, ij non sunt desertores, aut factiosi: Sed illi sunt, qui quasi ædificium Ecclesiasticum, quantumuis uitiosum & deforme & collapsurum, etiamsi nemo impellat, Tamen intactum esse uolunt, & hoc agunt, ut omnia potius corruant, quam uel sarciantur, uel etiam instaurentur. Dicunt sententias tanquam in Simiorum cœtu, cuncta probant, laudant, prædicant. Simium illum aliquem præsidentem in solio, Regem maximum esse aiunt. Alios regni proceres, consiliarios, præfectos, duces. Hæc si probari posse sperant, & his confidunt. quàm futili & infirma ope nitantur quis non uidet? Nam nunquam diu uerba inania ualere potuerunt. In Ecclesia autem necessaria est ad salutem confessio delictorum.

rum. Quæ cum inficiando dißimulantur, aut excusando defenduntur, aut præfracto animo & impudente ore etiam comprobantur: Quid aliud fit, quam ut uetera peccata nouo scelere mendacij exaggerentur, & homines non quidem Deum, quem innocentiæ propriæ assertione mendacem facere conantur, sed seipsos decipiant. Sin confeßi fuerint sontes peccata sua, præsertim ea quæ sunt manifesta, & in medio, & ante oculos, fidem promissam præstabit Deus, & ita declarabit iustitiam suam, ut misertus confugientium ad se remittat peccata, & emundet eos ab omni iniustitia, secundum Beatum Ioannem. Hoc igitur agamus, ut uero dolore confiteamur omnes peccata impietatis & scelerum, & flagitiorum nostrorum, & redeamus in uiam ueritatis, ducente ad uitam, relicta semita mendaciorum & mortis. Christus Iesus Filius Dei, sedens ad dexteram omnipotentis Patris, per uiscera misericordiæ suæ fortunet renouationem Ecclesiæ suæ, & manu clementiæ suæ huius uulnera alliget, Et deportet sauciam in hospitium benignum, ubi & fideliter curari, & liberaliter ali poßit. Cui cum Patre, & sancto Spiritui, uni, uero, æterno, soli, immortali, omnipotenti, iusto, misericordi Deo, sit laus, honor, uictoria, sine fine,

AMEN.

ORDINATIO

ECCLESIAE, SEV MINISTERII ECCLESIASTICI, IN FLORENTISSIMO regno Angliæ, conscripta sermone patrio, & in Latinam linguam bona fide conuersa, & ad consolationem Ecclesiarum Christi, ubicunque locorum ac gentium, his tristissimis temporibus, edita ab Alexandro Alesio Scoto, Sacræ Theologiæ Doctore.

PRAEFATIO

NIHIL VNQVAM FUit humana sapientia tam bene constitutum, aut constabilitum firmiter, quod processu temporis non labefactaretur, et corrumperetur. Et ut de alijs exemplis taceam, hoc manifestum est de forma publicarum precum in Ecclesia, quas uulgus cultum Dei uocare consueuit. De harum origine si quis consulat Autenticos scriptores, inueniet non alia ratione

institutas esse, quàm ut fides, pietásque ac religio Christiana cresceret, et doctrina latius propagaretur. Nā sancti Patres ita rem instituerunt, ut tota Biblia, aut maior horum pars, semel in anno praelegeretur, hoc consilio, ut Clerici, & praesertim Ministri Ecclesiae frequenti lectione & meditatione Scripturae seipsos excitarent ad pietatem, & instructiores redderentur ad docendam Ecclesiā uerbo Dei, & refutandos aduersarios uerae doctrinae. Deinde, ut populus ex quotidiana lectione sacrorum librorum in templis, cresceret subinde magis ac magis in uera cognitione Dei, & Domini nostri Iesu Christi, & per id accenderetur ad studium & amorem uerae Religionis. Sed multis retro ab hinc annis, haec pia & salutaris Patrum cōnstitutio ita neglecta, mutata, & corrupta fuit additione incertarum Historiarum (ut nihil durius dicam) Responsoriorum, Versuum, & inutilium repetitionum, commemorationum, & aliarum Synodalium constitutionum, ut semper ferè cum inciperetur liber aliquis sacer, priusquam tria, aut quatuor capita absoluerentur, nihil temporis superesset pro reliqua parte scripti, ut exempli gratia, uisio Esaiae Prophetae incipiebatur

batur prima Dominica Aduentus, Ita liber Geneſeos Dominica Septuageſimæ incipiebatur, Sed incipiebatur tantum, quia nunquam finiebatur. Et ad hunc modum fiebat de alijs.

Præterea, etiamſi Paulus iubeat ſacram lectionem fieri lingua populari, ut inde ædificetur Ecclesia, tamen aliquot ſeculis Sacri libri prælegebantur ad Anglos Latine, ut is qui legeret plerunque daret ſine mente ſonum, & uox tantũ aërem & aures feriret, corda, ſpiritus, & mentes fructu uacarent.

Adhæc, etſi ſancti Patres diuiſerunt Pſalmos in ſeptem partes, quas nocturnas preces uocant, ut Pſalterium integrum ſingulis ſeptimis abſolueretur, raro tamen his poſtremis temporibus huic ordinationi fuit ſatisfactum, Sed omnibus diebus ijdem Pſalmi repetebantur, alijs interim omnino omiſsis. Poſtremo tantus fuit numerus, tanta uarietas regularum, picæ ut uocabant, tot mutationes in officio Eccleſiaſtico, quod reuolutio libri, ad inueniendum quid legeretur plus negotij, & difficultatis haberet, quam lectio huius, q̊d fuerat inuentum.

Horum, & similium incommodorum conside ratione reuocauimus officium Ecclesiasticum ad primam institutionem, iuxta consilium sanctorũ Patrum, & ut omnia sint in promptu, praefixum est Calendarium facile intellectu, & in quo, quan tum fieri potuit, totius scripturae continua lectio proponitur ordine, ita ut nulla sit interruptio, aut separatio locorũ in sacris Biblijs cõiunctorũ. Hoc ut cõmodè fieret, necesse fuit omittere Antipho nas, Responsoria, Inuitatoriũ, & alia quaedã simi lia, quae disiungebant perpetuum contextum, & continuam lectionem scripturae. Et quia condu cit ad huius ordinis & perpetui contextus Sacro rum librorum intellectum, praefigere quosdam Canones. Ideo aliquos huic operi praefiximus, qui ut numero pauci, ita intellectione sunt facili mi. Sic enim ordo precationum (quantum ad scripturam attinet) dispositus est, ut multò ma gis conueniat cum consilio institutionis sancto rum Patrum, & multo commodior atque utilior sit, quàm fuerit illa, qua antea sumus usi. Quod autem maiorem habeat utilitatem, uel ex eo faci lè intelligi potest, quod in eo multa sint omissa de illis rebus, quae sunt incertae, quaedam etiam

con-

confictæ, nonnullæ superstitiosæ. Et quod in hac ordinatione nihil contineatur, præter purum uerbum Dei, & sacras literas, uel quod in euidente & necessaria consecutione ex istis deducitur, idque hoc ordine, illo idiomate, ut & à lectoribus & auditoribus haud difficile percipi, & retineri possit.

Est præterea hæc ordinatio commodior, propter breuitatem, & manifestum ordinem, & paucas regulas apertas. Et quia Ministris Ecclesiæ nihil opus est alijs libris in publico ministerio, si hunc & Sacra Biblia teneant, quo fit etiam ut plebecula facilius ferre possit sumptus in coëmendis libris in unaquaque Parochia, quàm unquam antea.

Est & illud in hac ordinatione illustre, & q̊d omnes ad decorum non solum, sed εὐταξίαν & εὐσχημοσύνην utile & necessarium iudicant, quod in omnibus huius regni Ecclesijs, eædem lectiones & cantiones, idem in his ordo posthac obseruabitur, cum antea singulæ Diocæses suam habuerint ordinationem, ut alij Salisbariensem,

alij Erfordensem, alij Eboracensem, aut Linconiensem &c. sequerentur.

Si autem quispiam queratur, difficiliorem esse hanc ordinationem, propterea quod oporteat iam omnia ex libro recitare, cum antea ex solo auditu propter crebram repetitionem multa addisci possent, is si conferet utilitatem intelligentiæ, quam ex quotidiana lectione sacrorum librorum consequetur cum labore, facile hanc molestiam deuorabit.

Quia uero nulla ordinatio tam perspicuè proponi potest, de quo non oriantur interdum disputationes in quotidiano usu, constitutum est, ut quoties dubia occurrunt aut incidunt inter ministros, deferatur res ad Episcopum Dioceseos, cuius iudicio in hac re acquiescent, modo ut nihil constituat, quod palam cum hac ordinatione pugnet.

Etsi autem ante dictum sit, omnia in publico ministerio populari lingua debere pronunciari ad ædificationem Ecclesiæ, tamen per hoc præceptum

ceptum non prohibetur, quin quilibet ea lingua, quam intelligit, extra publicum ministerium posſit preces Matutinas & Veſpertinas orare.

Neque etiam uolumus quenquam obligari ad harum precationum recitationem, niſi qui fuerit miniſter publicus in Eccleſia, Cathedrali, collegio, aut Parrochia aliqua, uel Capella huic annexa.

QVO ORDINE PSALMI DEBEANT PRAELEGI.

TOtum Psalterium prælegatur singulis mensibus, & quia non idem est numerus dierum in omnibus, sed aliqui plures, aliqui pauciores dies habent, placuit eos pares facere, quantum ad numerum dierum hac ratione.

CVILIBET MENSI, QVANTVM ad nostrum institutum attinet, deputantur XXX. dies.

Et quia Ianuarius, & Marcius unum & XXX. habent dies in Calendarijs, & horum medio Februarius XXVIII. tantum, Ideo is ab unoquoque illorum unum mutuabitur diem: Ita ut Psalterium, quod legi debet mense Februario, incipiatur ultimo Ianuarij, & finiatur primo Martij.

Cum autē Maius, Iulius, Augustus, October & December singuli XXXI. dies habeant, constitutū est, ut Psalmi, qui penultimo die leguntur, sequenti etiam die, id est, ultimo repetantur, ut Psalterium primo die sequentiū mensium possit incipi.

Iam ad intelligendum, qui Psalmi singulis diebus debeant prælegi, inspice numerum in Calendario, qui adscriptus est Psalmis, & tunc quære eundem numerum in hac tabula, quo inuento, uidebis qui Psalmi ad Matutinas & Vesperas debeant recitari.

Quia uero Psalmus CXIX. diuisus est in 22. periodos, & prolixior est, quàm ut uno tempore legatur, constitutum est ut una uice quatuor aut quinque periodi tantum legantur, ut in tabula signatum deprehendes.

Hoc autem considerandum est, quod in hac tabula, & in tota ordinatione, ubi mentio fit de numero Psalmorum, secuti simus supputationem Hebræorum, qui à nono Psalmo usque ad CXLVIII. aliter numerant Psalmos, quàm Latini in uulgata editione.

Tabula

TABVLA MONSTRANS ORDINEM PSALMOrum, ad Matutinas & Vesperas.

	MATVTINAE.	VESPERAE.
1	1. 2. 3. 4. 5.	6. 7. 8.
2	9. 10. 11.	12. 13. 14.
3	15. 16. 17.	18.
4	19. 20. 21.	22. 23.
5	24. 25. 26.	27. 28. 29.
6	30. 31.	32. 33. 34.
7	35. 36.	37.
8	38. 39. 40.	41. 42. 43.
9	44 45. 46.	47. 48. 49.
10	50. 51. 52.	53. 54. 55.
11	56. 57. 58.	59. 60. 61.
12	62. 63. 64.	65. 66. 67.
13	68.	69. 70.
14	71. 72.	73. 74.
15	75. 76. 77.	78.
16	79. 80. 81.	82. 83. 84. 85.
17	86. 87. 88.	89.
18	90. 91. 92.	93. 94.
19	95. 96. 97.	98. 99. 100. 101.
20	102. 103.	104.
21	105.	106.
22	107.	108. 109.
23	110. 111. 112. 113.	114. 115.
24	116. 117. 118.	119. Inde 4. periodi Psalmi.
25	Inde quinque periodi eiusdem.	Inde 4. periodi de eodem.
26	Inde quinque Periodi.	Inde 4. ultimi eiusdem.
27	120. 121. 122. 123. 124. 125.	126. 127. 128. 129. 130. 131.
28	132. 133. 134. 135.	136. 137. 138.
29	139. 140. 141.	142. 143.
30	144. 145. 146.	147. 148. 149. 150.

ORDO LECTIONVM IVXTA CONtextum Bibliorum sepositis Psalmis.

Vetus Testamentum.

Vetus Testamentum prima lectione recitatur in Matutinis & Vesperis, & quolibet anno debet finiri, exceptis quibusdam libris, qui omittuntur, propterea quod non sunt tam necessarij, quam alij.

Nouum Testamentum.

Nouum Testamentum alteri lectioni inseritur in Matutinis & Vesperis, & singulis annis ter repetitur una cum Epistolis & Euangelijs, excepta Apocalypsi, ex qua lectiones aliquot Festis quibusdam tribuuntur.

Lectiones.

Vt scias quae lectiones quolibet die legi debeant, quaere diem Mensis in sequenti Calendario. Isthic enim libros & capita inuenies lectionum ad Matutinas & Vesperas.

Proprij Psalmi.

In Festis mobilibus, quae proprios habent Psalmos, relinquuntur Psalmi nominati in Calendario.

Sciendum est etiam Collectam, Epistolam, & Euangelium Dominicae diei repeti per totam Septimam, nisi inciderit Festum quod proprium habet officium.

In bolismo uel bisextili, quo XXV. dies Februarij in duos diuiditur, utriusque diei idem est officium.

Vbicunque principium Lectionis, Epistolae, uel Euangelij non exprimitur, incipiendum est à principio capitis.

Ianuarius.

	Ianuarius.			PSALMI	MATVTINAE		VESPERAE	
					1. Lectio	2. Lectio	1. Lectio	2. Lectio
A	Calend.	1	Circumciſio	1	Geneſ. 17	Rom. 2	Deuter. 10	Colloſſenſ. 2
b	4.Non.	2		2	Geneſ. 1	Matth. 1	Geneſ. 2	Romanor. 1
c	3.Non.	3		3	3	2	4	2
d	Prid.Non	4		4	5	3	6	3
e	Nonas	5		5	7	4	8	4
f	8.Id.	6	Epiphania	6	Eſaiæ 60	Lucæ 3	Eſaiæ 49	Ioan. 2
g	7.Id.	7		7	Geneſ. 9	Matth. 5	Geneſ. 11	Romanor. 5
A	6.Id.	8		8	12	6	13	6
b	5.Id.	9		9	14	7	15	7
c	4.Id.	10		10	16	8	17	8
d	3.Id.	11		11	18	9	19	9
e	Prid. Id.	12		12	20	10	21	10
f	Idus	13		13	22	11	23	11
g	19.Cl.	14		14	24	12	25	12
A	18.Cl.	15		15	26	13	27	13
b	17.Cl.	16		16	28	14	29	14
c	16.Cl.	17		17	30	15	31	15
d	15.Cl.	18		18	32	16	33	16
e	14.Cl.	19		19	34	17	35	1.Corinth. 1
f	13.Cl.	20		20	36	18	37	2
g	10.Cl.	21		21	38	19	39	3
A	11.Cl.	22		22	40	20	41	4
b	10.Cl.	23		23	42	21	43	5
c	9.Cl.	24		24	44	22	45	6
d	8.Cl.	25	Conuer. Pauli	25	46	Actor. 22	47	Actor. 26
e	7.Cl.	26		26	48	Matt. 23	49	1.Corinth. 7
f	6.Cl.	27		27	50	24	Exod. 1	8
g	5.Cl.	28		28	Exod. 2	25	3	9
A	4.Cl.	29		29	4	26	5	10
b	3.Cl.	30		30	6	27	7	11
c	Prid.Cl.	31		1	8	28	9	12

FEBRVARIVS.

	Februarius.				MATVTINAE		VESPERAE	
			PSALMI		1. Lectio	2. Lectio	1. Lectio	2. Lectio
d	Calend.	1		2	Exodi 10	Marci 1	Exodi 11	1. Corint. 13
e	4. Non.	2	Purif. Mariæ	3	12	2	13	14
f	3. Non.	3		4	14	3	15	15
g	Prid. No.	4		5	16	4	17	16
A	Nonas	5		6	18	5	19	2. Corinth. 1
b	8. Id.	6		7	20	6	21	2
c	7. Id.	7		8	22	7	23	3
d	6. Id.	8		9	24	8	32	4
e	5. Id.	9		10	33	9	34	5
f	4. Id.	10		11	35	10	40	6
g	3. Id.	11		12	Leuit. 18	11	Leuit. 19	7
A	Prid. Id.	12		13	20	12	Num. 10	8
b	Idus.	13		14	Num. 11	13	12	9
c	16. Cl.	14		15	13	14	14	10
d	15. Cl.	15		16	15	15	16	11
e	14. Cl.	16		17	17	16	18	12
f	13. Cl.	17		18	19	Luc. di. 1	20	13
g	12. Cl.	18		19	21	di. 1	22	Galat. 1
A	11. Cl.	19		20	23	2	24	2
b	10. Cl.	20		21	25	3	26	3
c	9. Cl.	21		22	27	4	28	4
d	8. Cl.	22		23	29	5	30	5
e	7. Cl.	23		24	31	6	32	6
f	6. Cl.	24	Mathias	25	33	7	34	Ephes. 1
g	5. Cl.	25		26	35	8	36	2
A	4. Cl.	26		27	Deut. 1.	9	Deut. 2	3
b	3. Cal.	27		28	3	10	4	4
c	Prid. Cl.	28		29	5	11	6	5

	Martius.				MATVTINAE		VESPERAE	
			PSALMI					
					1. Lectio	2. Lectio	1. Lectio	2. Lectio
d	Calend.	1		30	Deuter. 7	Lucæ 12	Deuter. 8.	Ephesios 6
e	6. Non.	2		1	9	13	10	Philip. 1
f	5. Non.	3.		2	11	14	12	2
g	4. Non.	4		3	13	15	14	3
A	3. Non.	5		4	15	16	16	4
b	Prid. Non.	6		5	17	17	18	Colossens. 1
c	Nonas	7		6	19	18	20	2
d	8. Id.	8		7	21	19	22	3
e	7. Id.	9		8	23	20	24	4
f	6. Id.	10		9	25	21	26	1. Thessal. 1
g	5. Id.	11		10	27	22	28	2
A	4. Id.	12		11	29	23	30	3
b	3. Id.	13		12	31	24	32	4
c	Prid. Id.	14		13	33	Ioan. 1	34	5
d	Idus	15		14	Iosue 1	2	Iosue 2	2. Thessal. 1
e	17. Cl.	16		15	3	3	4	2
f	16. Cl.	17		16	5	4	6	3
g	15. Cl.	18		17	7	5	8	1. Timoth. 1
A	14. Cl.	19		18	9	6	10	2. 3
b	13. Cl.	20		19	11	7	12	4
c	12. Cl.	21		20	13	8	14	5
d	11. Cl.	22		21	15	9	16	6
e	10. Cl.	23		22	17	10	18	2. Timoth. 1
f	9. Cl.	24		23	19	11	20	2
g	8. Cl.	25	Annunciatio	24	21	12	22	3
A	7. Cl.	26		25	23	13	24	4
b	6. Cl.	27		26	Iudic. 1	14	Iudic. 2	Titus 1
c	5. Cl.	28		27	3	15	4	2. 3
d	4. Cl.	29		28	5	16	6	Philem. 1
e	3. Cl.	30		29	7	17	8	Hebræor. 1
f	Prid. Cl.	31		30	9	18	10	2

APRILIS.

	Aprilis.			PSALMI	MATVTINAE		VESPERAE	
					1. Lectio	2. Lectio	1. Lectio	2. Lectio
g	Calend.	1		1	Iudic. 11	Ioan. 19	Iudic. 12	Hebræor. 3
A	4.Non.	2		2	13	20	14	4
b	3.Non.	3		3	15	21	16	5
c	Prid. Non	4		4	17	Actor. 1	18	6
d	Nonas	5		5	19	2	20	7
e	8.Id.	6		6	21	3	Ruth. 1	8
f	7.Id.	7		7	Ruth. 2	4	3	9
g	6.Id.	8		8	3	5	1. Reg. 1	10
A	5.Id.	9		9	1. Reg. 2	6	3	11
b	4.Id.	10		10	4	7	5	12
c	3.Id.	11		11	6	8	7	13
d	Pridie Id.	12		12	8	9	9	Iacob 1
e	Idus.	13		13	10	10	11	2
f	18.Cl.	14		14	12	11	13	3
g	17.Cl.	15		15	14	12	15	4
A	16.Cl.	16		16	16	13	17	5
b	15.Cl.	17		17	18	14	19	1. Pet. 1
c	14.Cl.	18		18	20	15	21	2
d	13.Cl.	19		19	22	16	23	3
e	12.Cl.	20		20	24	17	25	4
f	11.Cl.	21		21	26	18	27	5
g	10.Cl.	22		22	28	19	29	2. Petri 1
A	9.Cl.	23		23	30	20	31	2
b	8.Cl.	24		24	2. Reg. 1	21	2. Reg. 2	3
c	7.Cl.	25	Marc. Euang.	25	3	22	4	1. Ioan. 1
d	6.Cal.	26		26	5	23	6	2
e	5.Cl.	27		27	7	24	8	3
f	4.Cl.	28		28	9	25	10	4
A	3.Cl.	29		29	11	26	12	5
b	Prid. Cl.	30		30	13	27	14	2. 3. Ioan.

	Maius.				MATVTINAE		VESPERAE	
			PSALMI		1. Lectio	2. Lectio	1. Lectio	2. Lectio
b	Calend.	1	Phil. & Iaco.	1	2. Reg. 15	Actor. 8	2. Reg. 16	Iudæ 1
c	6. Non.	2		2	17	28	18	Romanor. 1
d	5. Non.	3		3	19	Matth. 1	20	2
e	4. Non.	4		4	21	2	22	3
f	3. Non.	5		5	23	3	24	4
g	Prid. Non.	6		6	3. Reg. 1	4	3. Reg. 2	5
A	Nonas	7		7	3	5	4	6
b	8. Id.	8		8	5	6	6	7
c	7. Id.	9		9	7	7	8	8
d	6. Id.	10		10	9	8	10	9
e	5. Id.	11		11	11	9	12	10
f	4. Id.	12		12	13	10	14	11
g	3. Id.	13		13	15	11	16	12
A	Prid. Id.	14		14	17	12	18	13
b	Idus	15		15	19	13	20	14
c	17. Cl.	16		16	21	14	22	15
d	16. Cl.	17		17	4. Reg. 1	15	4. Reg. 2	16
e	15. Cl.	18		18	3	16	4	1. Corint. 1
f	14. Cl.	19		19	5	17	6	2
g	13. Cl.	20		20	7	18	8	3
A	12. Cl.	21		21	9	19	10	4
b	11. Cl.	22		22	11	20	12	5
c	10. Cl.	23		23	13	21	14	6
d	9. Cl.	24		24	15	22	16	7
e	8. Cl.	25		25	17	23	18	8
f	7. Cl.	26		26	19	24	20	9
g	6. Cl.	27		27	21	25	22	10
A	5. Cl.	28		28	23	26	24	11
b	4. Cl.	29		29	25	27	1. Esdr. 1	12
c	3. Cl.	30		30	1. Esdr. 2	28	3	13
d	Prid. Cl.	31		30	4	Marci 1	5	14

	Iunius.				MATVTINAE		VESPERAE	
			PSALMI					
					1. Lectio	2. Lectio	1. Lectio	2. Lectio
e	Calend.	1		1	1. Eſdr. 6	Marci 2	1. Eſdr. 7	1. Corint. 15
f	4. Non.	2		2	8	3	9	16
g	3. Non.	3		3	10	4	2. Eſdr. 1	2. Corinth. 1
A	Prid. Non	4		4	2. Eſdr. 2	5	3	2
b	Nonas	5		5	4	6	5	3
c	8. Id.	6		6	6	7	7	4
d	7. Id.	7		7	8	8	9	5
e	6. Id.	8		8	10	9	11	6
f	5. Id.	9		9	12	10	13	7
g	4. Id.	10		10	Heſter 1	11	Heſter 2	8
A	3. Id.	11	Barnab. Apo.	11	3	Acto. 14	4	Actor. 15
b	Pridie Id.	12		12	5	Marci 12	6	2 Corinth. 9
c	Idus.	13		13	7	13	8	10
d	18. Cl.	14		14	9	14	Iob. 1	11
e	17. Cl.	15		15	Iob. 2	15	3	12
f	16. Cl.	16		16	4	16	5	13
g	15. Cl.	17		17	6	Luce 1	7	Galat. 1
A	14. Cl.	18		18	8	2	9	2
b	13. Cl.	19		19	10	3	11	3
c	12. Cl.	20		20	12	4	13	4
d	11. Cl.	21		21	14	5	15	5
e	10. Cl.	22		22	16	6	17. 18	6
f	9. Cl.	23	Na. Ioan. Bap	23	19	7	20	Epheſ. 1
g	8. Cl.	24		24	Malach. 3	Matth. 3	Malach. 4	Matth. 14
A	7. Cl.	25		25	Iob. 21	Luce 8	Iob. 22	Epheſ. 2
b	6. Cal.	26		26	23	9	24. 25	3
c	5. Cl.	27		27	26. 27	10	28	4
d	4. Cl.	28		28	29	11	30	5
e	3. Cl.	29	S. Petrus	29	31	Actor. 3	32	Actor. 4
f	Prid. Cl.	30		30	33	Luce 12	34	Epheſ. 6

	Iulius.		PSALMI		MATVTINAE 1. Lectio	MATVTINAE 2. Lectio	VESPERAE 1. Lectio	VESPERAE 2. Lectio
g	Calend.	1		1	Iob. 35	Lucæ. 13	Iob. 36	Philip. 1
A	6. Non.	2		2	37	14	38	2
b	5 Non.	3		3	39	15	40	3
c	4 No.	4		4	41	16	42	4
d	3. No.	5		5	Prouer. 1	17	Prouer. 2	Coloss. 1
e	Prid.No.	6		6	3	18	4	2
f	Nonas.	7		7	5	19	6	3
g	8. Id.	8		8	7	20	8	4
A	7. Id.	9		9	9	21	10	1. Thess. 1
b	6. Id.	10		10	11	22	12	2
c	5. Id.	11		11	13	23	14	3
d	4. Id.	12		12	15	24	16	4
e	3 Id.	13		13	17	Iohan. 1	18	5
f	Prid. Id.	14		14	19	2	20	2. Thess. 1
g	Idus.	15		15	21	3	22	2
A	17. Cl.	16		16	23	4	24	3
b	16. Cl.	17		17	25	5	26	1. Thimot. 1
c	15. Cl.	18		18	27	6	28	2. —— 3
d	14. Cl.	19		19	29	7	30	4
e	13. Cl.	20		20	31	8	Eccles. 1	5
f	12. Cl.	21		21	Eccles. 2	9	3	6
g	11. Cl.	22	Magdalen.	22	4	10	5	2. Timot. 1
A	10. Cl.	23		23	6	11	7	2
b	9. Cl.	24		24	8	12	9	3
c	8. Cl.	25	Iacob. Ap.	25	10	13	11	4
d	7. Cl.	26		26	12	14	Iere. 1	Tit. 1
e	6. Cl.	27		27	Iere. 2	15	3	2. —— 3
f	5.Cl.	28		28	4	16	5	Philem. 1
g	4.Cl.	29		29	6	17	7	Hebre. 1
A	3.Cl.	30		30	8	18	9	2
b	Prid. Cl.	31		30	10	19	11	3

AVGVSTVS

Augustus.					MATVTINAE		VESPERAE	
			PSALMI		1. Lectio	2. Lectio	1. Lectio	2. Lectio
c	Calend.	1		1	Iere. 12	Ioha. 20	Iere. 13	Hebre. 4
d	4. Non.	2		2	14	21	15	5
e	3. Non	3		3	16	Act. 1	17	6
f	Prid. No.	4		4	18	2	19	7
g	Nonas	5		5	20	3	21	8
A	8. Id.	6		6	22	4	23	9
b	7. Id.	7		7	24	5	25	10
c	6. Id.	8		8	26	6	27	11
d	5. Id.	9		9	28	7	29	12
e	4. Id.	10		10	30	8	31	13
f	3. Id.	11		11	32	9	33	Iacob. 1
g	Prid. Id.	12		12	34	10	35	2
A	Idus.	13		13	36	11	37	3
b	19. Cl.	14		14	38	12	39	4
c	18. Cl.	15		15	40	13	41	5
d	17. Cl.	16		16	42	14	43	1. Petri. 1
e	16. Cl.	17		17	44	15	45. 46	2
f	15. Cl.	18		18	44	16	48	3
g	14. Cl.	19		19	49	17	50	4
A	13. Cl.	20		20	51	18	52	5
b	12. Cl.	21		21	Lamen. 1	19	Lamen. 2	2. Petri. 1
c	11. Cl.	22		22	3	20	4	2
d	10. Cl.	23		23	5	21	Ezech. 2	3
e	9. Cl.	24	Bart. Apost.	24	Ezech. 3	22	6	1. Iohan. 1
f	8. Cl.	25		25	7	23	13	2
g	7. Cl.	26		26	14	24	18	3
A	6. Cl.	27		27	33	25	34	4
b	5. Cl.	28		28	Danie. 1	26	Danie. 2	5
c	4. Cl.	29		29	3	27	4	2.3. Iohan
d	3. Cl.	30		30	5	28	6	Iudæ. 1
e	Prid. Cl.	31		30	7	Math. 1	8	Roma. 1

September

	September.				MATVTINAE.		VESPERAE.	
			PSALMI.		1. Lectio	2. Lectio	1. Lectio	2. Lectio
f	Calend.	1		1	Dan. 9	Math. 2	Dan. 10	Roma. 2
g	4. Non.	2		2	11	3	12	3
A	3. Non.	3		3	13	4	14	4
b	Prid. No.	4		4	Ose. 1	5	Ose. 2. 3.	5
c	Nonas.	5		5	4	6	5. 6	6
d	8. Id.	6		6	7	7	8	7
e	7. Id	7		7	9	8	10	8
f	6. Id.	8		8	11	9	12	9
g	5. Id.	9		9	13	10	14	10
A	4. Id.	10		10	Ioel. 1	11	Ioel. 2	11
b	3. Id.	11		11	3	12	Amos. 1	12
c	Prid. Id.	12		12	Amos. 2	13	3	13
d	Idus.	13		13	4	14	5	14
e	18. Cl.	14		14	6	15	7	15
f	17. Cl.	15		15	8	16	9	16
g	16. Cl.	16		16	Abdias. 1	17	Ionas. 1	1. Corinth. 1
A	15. Cl.	17		17	Ion. 2. 3.	18	4	
b	14. Cl.	18		18	Miche. 1	19	Miche. 2	3
c	13. Cl.	19		19	3	20	4	4
d	12. Cl.	20		20	5	21	6	5
e	11. Cl.	21	Mathe. Apo.	21	7	22	Naum. 1	6
f	10. Cl.	22		22	Naum. 2	23	3	7
g	9. Cl.	23		23	Abacuc. 1	24	Abacuc. 2	8
A	8. Cl.	24		24	3	25	Sopho. 1	9
b	7. Cl.	25		25	Sopho. 2	26	3	10
c	6. Cl.	26		26	Agge. 1	27	Agge. 2	11
d	5. Cl.	27		27	Zacha. 1	28	Zacha. 2. 3	12
e	4. Cl.	28		28	4. 5	Marc. 1	6	13
f	3. Cl.	29	Michael.	29	7	2	8	14
g	Prid. Cl.	30		30	9	3	10	15

OCTOBER.

	October.				MATVTINAE		VESPERAE	
			PSALMI		1. Lectio	2. Lectio	1. Lectio	2. Lectio
A	Calend.	1		1	Zach. 11	Mar. 4	Zach. 12	1 Corinth. 16
b	6. Non.	2		2	13	5	14	2. Corinth. 1
c	5. Non.	3		3	Mala 1	6	Mala 2	2
d	4. Non.	4		4	3	7	4	3
e	3. Non.	5		5	Tobi. 1	8	Tob. 2	4
f	Prid. Non	6		6	3	9	4	5
g	Nonas.	7		7	5	10	6	6
A	8. Id.	8		8	7	11	8	7
b	7. Id.	9		9	9	12	10	8
c	6. Id.	10		10	11	13	12	5
d	5. Id.	11		11	13	14	14	10
e	4. Id.	12		12	Iudith. 1	15	Iudith 2	11
f	3 Id.	13		13	3	16	4	12
g	Prid. Id.	14		14	5	Lu. di. 1	6	13
A	Idus	15		15	7	Di, 1	8	Galath. 1
b	17. Cl.	16		16	9	2	10	2
c	16. Cl.	17		17	11	3	12	3
d	15. Cl.	18	Luc. Euan.	18	13	4	14	4
e	14. Cl.	19		19	15	5	16	5
f	13. Cl.	20		20	Sapi. 1	6	Sapien. 2	6
g	12. Cl.	21		21	3	7	4	Ephes. 1
A	11. Cl.	22		22	5	8	6	2
b	10. Cl.	23		23	7	9	8	3
c	9. Cl.	24		24	9	10	10	4
d	8. Cl.	25		25	11	11	12	5
e	7. Cl.	26		26	13	12	14	6
f	6. Cl.	27		27	15	13	16	Philip. 1
g	5. Cl.	28	Simo. et Iud.	28	17	14	18	2
A	4. Cl.	29		29	19	15	Eccles. 1	3
b	3. Cl.	30		30	Eccles. 2	16	3	4
c	Prid.	31		30	4	17	5	Coloss. 1

Nouember

	Nouember.		PSALMI		MATVTINAE 1. Lectio	MATVTINAE 2. Lectio	VESPERAE 1. Lectio	VESPERAE 2. Lectio
d	Calend.	1	Omni. Sanct.	1	Sap. 3	He. 11. 12	Sap. 5	Apoc. 19
e	4. Non.	2		2	Eccle. 6	Luc. 18	Eccl. 7	Collossens. 2
f	3. Non.	3		3	8	19	9	3
g	Prid. Non	4		4	10	20	11	4
A	Nonas	5		5	12	21	13	1. Thess. 1
b	8. Id.	6		6	14	22	15	2
c	7. Id.	7		7	16	23	17	3
d	6. Id.	8		8	18	24	19	4
e	5. Id.	9		9	20	Iohan. 1	21	5
f	4. Id.	10		10	22	2	23	2. Thess. 1
g	3. Id.	11		11	24	3	25	2
A	Pridie Id.	12		12	26	4	27	3
b	Idus.	13		13	28	5	29	1. Timot. 1
c	18. Cl.	14		14	30	6	31	2. 3
d	17. Cl.	15		15	32	7	33	4
e	16 Cl.	16		16	34	8	35	5
f	15. Cl.	17		17	36	9	37	6
g	14. Cl.	18		18	38	10	39	2. Timot. 1
A	13. Cl.	19		19	40	11	41	2
b	12. Cl.	20		20	42	12	43	3
c	11. Cl.	21		21	44	13	45	4
d	10. Cl.	22		22	46	14	47	Tit. 1
e	9. Cl.	23		23	48	15	49	2. 3
f	8. Cl.	24		24	50	16	51	Philo. 1
g	7. Cl.	25		25	Baruc 1	17	Baruc. 2	Hebre. 1
A	6. Cal.	26		26	3	18	4	2
b	5. Cl.	27		27	5	19	6	3
c	4. Cl.	28		28	Esai. 1	20	Esai. 2	4
d	3. Cl.	29		29	3	21	4	5
e	Prid. Cl.	30	Andre. Apo.	30	5	Acto. 1	6	6

	December.				MATVTINAE		VESPERAE	
			PSALMI					
					1. Lectio	2. Lectio	1. Lectio	2. Lectio
f	Calend.	1		1	Eſai. 7	Actor. 2	Eſa. 8	Hebre. 7
g	4. Non.	2		2	9	3	10	8
A	3. Non.	3		3	11	4	12	9
b	Prid. No.	4		4	13	5	14	10
c	Nonas.	5		5	15	6	16	11
d	8. Id.	6		6	17	Di. 7	18	12
e	7. Id.	7		7	19	Di. 7	20. 21	13
f	6. Id.	8		8	22	8	23	Iacob. 1
g	5. Id.	9		9	24	9	25	2
A	4. Id.	10		10	26	10	27	3
b	3. Id.	11		11	28	11	29	4
c	Prid. Id.	12		12	30	12	31	5
d	Idus.	13		13	32	13	33	1. Petri. 1
e	19 Cl.	14		14	34	14	35	2
f	18. Cl.	15		15	36	15	37	3
g	17. Cl.	16		16	38	16	39	4
A	16. Cl.	17		17	40	17	41	5
b	15. Cl.	18		18	42	18	43	2. Petri. 1
c	14. Cl.	19		19	44	19	45	2
d	13. Cl.	20		20	46	20	47	3
e	12. Cl.	21	Thomas. Ap.	21	48	21	49	1. Iohan. 1
f	11. Cl.	22		22	50	22	51	2
g	10. Cl.	23		23	52	23	53	3
A	9. Cl.	24		24	54	24	55	4
b	8. Cl.	25	Natiui. Domi.	25	Eſai. 9	Math. 1	Eſai. 7	Tit. 3
c	7. Cl.	26	Stephan.	26	56	Act. 6. 7	57	Act. 7
d	6. Cl.	27	Iohan. Euan.	27	58	Apo. 1	59	Apo. 22
e	5. Cl.	28	Innocent.	28	Ieri. 31	Act 25	Eſa. 60	1. Iohan. 5
f	4. Cl.	29		29	Eſa. 61	26	62	2. Iohan. 1
g	3. Cl.	30		30	63	27	64	3. Iohan. 1
A	Prid. Cl.	31		30	65	28	66	Iude. 1

QVO ORDINE MATVTINAE PER totum annum celebrentur.

Sacerdos in choro alta uoce incipiat precationem Dominicam. Pater noster qui es in cœlis. Deinde addat:

SACERDOS.	CHORVS,
Domine labia mea aperies.	Et os meũ annunciabit laudem tuam.
Deus in adjutorium &c.	Domine ad adiu uandũ &c.
Gloria Patri, & Filio &c.	Sicut erat in principio &c.

Laus tibi Domine.

Sed à paschate usque ad Dominicam trinitatis, Alleluia.

Deinde sine Inuitatorio Anglica lingua canatur Psalmus Venite Exultemns Domino &c. In fine Psalmi repetitur gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto &c. tunc sequentur Psalmi ordine præmonstrato in tabula, nisi dies sit festus, qui proprios Psalmos habeat, & ad finem omnium Psalmorum etiam cantici Zachariæ Benedictus, Benedicite omnia opera, Magnificat, Nunc dimittis &c. Repetitur Gloria Patri.

Post Psalmos duæ lectiones distinctæ, & alta uoce pronuncientur, prior ex ueteri, posterior ex nouo testamento, ut in calendario præponuntur, nisi fuerint propriæ lectiones diei. minister uersa facie ad auditores ex loco quo commode audire potest, legat, & initio cuiuslibet lectionis librum & caput noui, & ueteris testamenti, unde lectio sumitur, indicabit, hoc modo, Primum, Secundũ, tertium caput Geneseos, Exodi, Mathei, Marci, ut in calendario præmonuimus, & ad finem cuiuslibet libri addet, Et sic finitur hoc uel illud caput talis libri.

Et ut populus melius intelligat in his locis, in quibus Musica Figuralis cani solet, Lectiones, Epistolæ, & Euangelia simpliciter uno tono in modum perpetuæ dictionis distincte legantur.

Post primam Lectionem canitur, Te Deum Laudamus, Lingua Anglica per totũ annum, præterquam in Quadragesima, in qua loco eius cantabitur hymnus, Benedicite omnia opera Domini Domino.

Post alteram lectionem per totum annum canitur Hymnus Zachariæ, Benedictus Dominus Deus Israelis.

Hymnum sequentur hæ præces per integrum annum ad Matutinas & Vesperas.

Kyrie Eleison.
Christe Eleison.
Kyrie Eleison.

Credo in Deum Patrem omnipotentem.

Et precatio Dominica alta uoce à ministro Ecclesiæ recitabuntur.

Chorus respondeat.
Sed libera nos à malo.

SACERDOS.	CHORVS.
Ostende nobis Domine misericordiam tuam	Et salutare tuum da nobis.
Domine Saluum fac Regem.	Et exaudi nos cum inuocamus te.
Sacerdotes tui induantur iustitia	Et Sancti tui exultent.
Saluum fac populum tuum Domine.	Et benedic Hæreditati tuæ.
Da pacem Domine in diebus nostris.	Quia non est alius qui pugnet pro nobis nisi tu Deus noster.
Cor mundum crea in nobis	Et Spiritum Sanctum tuum ne auferas à nobis.
Dominus Vobiscum	Et cum Spiritu tuo.

Has preces sequentur quotidie tres collectæ. prima de die, Altera pro pace, Tertia pro gratia Dei, perseuerantia in fide & uera doctrina. Posteriores autem duæ nunquam mutantur, sed per integrum annum dicuntur ad Matutinas & Vesperas.

SACERDOS.
Oremus.

Tunc recitabit collectam Diei.

Collecta pro pace.

Deus autor pacis & amator, quem nosse, uiuere, cui seruire, regnare est, protege ab omni oppugnatione supplices tuos, ut qui in tua protectione confidimus, nullius hostilitatis arma timeamus, per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum uiuit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum.

Collecta pro gratia.

Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus, qui nos ad principium huius diei peruenire fecisti, tua nos hodie serua uirtute, ut in hac die ad nullum declinemus mortale peccatum, nec ullum incurramus periculum, sed semper ad tuam iustitiam faciendam omnis nostra actio tuo moderamine dirigatur, Per Dominum nostrum Iesum Christum, Filium tuum.

ORDO VESPERARVM PER ANNVM.

Sacerdos oret.

PATER noster, qui es in cœlis, Sanctificetur nomen tuum, Adueniat regnum tuum, Fiat uoluntas tua, sicut in cœlo sic etiam in terra, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, Et dimitte nobis debita nostra &c.

Deinde,

Deus in adiutorium meum intende.

CHORVS.

Domine ad adiuuandum me festina.

SACERDOS.	CHORVS.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto,	Sicut erat in principio &c.

Laus tibi Domine.

Et post pascha usque ad Dominicam Trinitatis Alleluia.

Postea canuntur Psalmi præmonstrati in Tabula, nisi Festum fuerit, quod proprios habeat Psalmos. Hos sequitur pri-

 male-

ma lectio ex ueteri Testamento, nisi fuerint propriæ Lectiones Festi.

Deinde canitur Anglica lingua, Magnificat anima mea Dominum.

Post hunc hymnum legitur caput aliquod noui Testamenti pro altera lectione, & continuo canitur hymnus, Nunc dimittis seruum tuum Domine, Anglica lingua.

His finitis adduntur suffragia, supra ad Matutinas præscripta, cum tribus Collectis, quarum prima est de die.

Collecta pro pace ad Vesperas, per totum annum.

Deus, à quo sancta desideria, recta consilia, & iusta sunt opera, da seruis tuis illam, quam mundus dare non potest pacem, ut corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla, per Dominum nostrum Iesum Christum, Filium tuum.

Tertia collecta contra omnia pericula, ad Vesperas.

Illumina quæsumus Domine Deus tenebras nostras, & totius noctis insidias tu á nobis repelle propicius, per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum.

In Festis:
Natalis Domini
Epiphaniæ
Paschatos
Ascensionis
Pentecostes
Trinitatis

Ad Matutinas immediate post hymnum Benedictus, canitur Symbolum Athanasij, lingua Anglica, Quicunque uult saluus esse &c.

Ita finitur ordo Matutinarum & Vesperarum per totum annum.

Introitus,

INTROITVS, COLLECTAE, EPISTOlæ, Euangelia, in Cœna Domini, per totum annum, cum proprijs Lectionibus & Psalmis, pro diuersis Festis.

DOMINICA PRIMA ADVENTVS.

Introitus, Psalmo primo.

Beatus uir, qui non accedit ad consilium impiorum. Vsq; ad finem. In fine Psalmi additur, Gloria Patri & Filio &c.

Collecta.

Da nobis, quæsumus omnipotens Deus, ut abiectis operibus tenebrarum, induamur arma lucis, in hac mortali uita, in qua Iesus Christus Filius tuus cum magna humilitate ad nos uisitandos aduenit, ut in extremo die, quo rediturus est cum gloria maiestatis suæ, ad iudicãdos uiuos & mortuos, resurgamus ad uitam immortalem, per eum qui tecum uiuit & regnat, in unitate sancti Spiritus, per omnia secula seculorum.

Epistola ad Roman. 13.

Nihil cuiquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis &c. Vsque ad finem capitis.

Euangelium.

Et cum appropinquasset Hierosolyma, & uenisset Betphage, Matth. 21. usque ad hæc uerba: Vos autem fecistis illam speluncam latronum.

DOMINICA II. ADVENTVS.

Introitus.

Ad Dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me etc. Vsque ad finẽ Psalmi, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Collecta.

Benedictus Deus, qui effecit, ut quæcunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scriberentur, concedat nobis, ut ita scripturam audiamus, legamus, discamus, & intelligamus, ut per patientiam & consolationem scripturarum retineamus spem uitæ æternæ, quam dedisti nobis in

Seruatore nostro Iesu Christo, cui tecum & sancto Spiritui, sit honor & gloria per omnia secula.

Epistola ad Romanos 15,

Quaecunque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, usque ad illa uerba, Deus autem spei repleat uos omni gaudio, & pace in fide ad hoc, ut diuites sitis in spe, per uirtutem Spiritus sancti.

Euangelium Lucae 21.

Erunt signa in sole, & luna. Finis. Coelum & terra transibunt, uerba autem mea non pertransibunt.

DOMINICA III.

Psalmus. Cum inuocarem exaudiuit me Deus iustitia mea, Usque ad finem Psalmi. Gloria Patri & Filio &c.

Collecta.

Aurem tuam, quaesumus Domine, precibus nostris accommoda, & mentis nostrę tenebras, gratia tuę uisitationis illustra, per Dominum nostrum Iesum Christum.

Epistola 1. Corinth. 4.

Sic nos existimet homo, ut ministros Christi. Finis. Et tunc erit laus unicuique à Deo.

Euangelium Matth. 11.

Cum audisset Iohannes in uinculis opera Christi. Finis. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit uiam tuam ante te.

DOMINICA IIII.

Introitus.

Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum, Usque ad finem Psalmi.

Collecta.

Excita quaesumus Domine potentiam tuam, & ueni, & magna nobis uirtute succurre, ut per auxilium gratię tuę, quod nostra peccata prępediunt, indulgentia tuae propiciationis acceleret, per Christum Dominum nostrum.

Epistola

Epiſtola Philip. 4.

Gaudete in Domino ſemper. Finis. Pax Dei, quæ ſuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda ueſtra, & intelligentias ueſtras per Chriſtum.

Euangelium Ioannis 1.

Et hoc eſt teſtimonium Ioannis, quando miſerunt Iudæi.

IN DIE NATALIS DOMINI.

Ad matutinas proprij Pſalmi XIX. XLV. LXXXV.

Prima lectio, Eſaiæ totum caput 9.

Altera lectio, à principio primi capitis Matthæi uſque ad finem.

Ad primam Communionem Pſalmus XCVIII.

Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit.

Collecta.

Deus, qui nos unigeniti Filij tui natiuitate lætificas, præſta quæſumus, ut & Redemptorem noſtrum gratis mentibus agnoſcamus, & uenientem iudicem ſecuri uideamus, qui tecum uiuit & regnat.

Epiſtola ad Titum 2.

Apparuit gratia Saluatoris noſtri, omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegata impietate &c.

Euangelium Lucæ 2.

In diebus illis exijt edictum à Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur uniuerſus orbis &c.

Ad ſecundam Communionem.

Introitus. Pſalmus octauus: Domine Dominus noſter, quàm glorioſum eſt nomen tuum &c.

Collecta.

Deus, cuius unigenitus in substantia nostræ carnis apparu-
it, præsta quæsumus, ut per eum, quem foris similem nobis
agnouimus, intus reformari mereamur.

Epistola ad Hebræos 1.

Multifariam, multisque modis olim Deus &c

Euangelium Ioan. 1.

In principio erat uerbum &c. Finis. Plenum gratia &c.

Ad Vesperas in die Natalis
Domini.

Psalmi LXXXIX. CX. CXXXII.

Prima Lectio, Esaiæ 7. Locutus est Dominus ad Achas, Vsque ad finem capitis.

Altera Lectio, ad Titum 3. Apparuit bonitas & amor er-
ga homines Dei nostri. Finis. Hæc enim sunt honesta &c.

DIE STEPHANI, AD MATVTINAS.

Secunda Lectio, Actorum 7. Stephanus plenus gratia &
fortitudine. Vsque ad hæc uerba in 7. cap. Et post 40. annos.

Communio.

Psalmus 52. Quid gloriaris in malitia.

Collecta.

Da nobis Domine quæsumus imitari quod colimus, ut di
scamus inimicos diligere, qui eius Natalitia celebramus, qui
nouit etiam pro persecutoribus exorare, Dominum nostrum
Iesum Christum Filium tuum &c.

Hanc sequitur collecta, de Natiuitate
Domini.

Epistola Actorum 7.

Stephanus plenus Spiritu sancto, intentis oculis in cœlum,
uidit gloriam Dei, & Iesum stantem à dextris &c.

Euange-

Euangelium Matth. 23.

Ecce ego mitto ad uos Prophetas &c. Finis. Benedictus etc.

Altera Lectio ad Vesperas, in die Stephani, Actor. 7. Et completis quadraginta annis, apparuit Dominus Mosi &c.

DIE IOANNIS EVANGELISTAE.

Altera Lectio ad Matutinas, Apocalypsis primo, usque ad finem capitis.

Ad communionem.

Psalmus 11. In Domino confido, quomodo dicitis animae meae &c. Vsque ad finem. Gloria Patri &c.

Collecta.

Ecclesiam tuam quaesumus Domine benignus illustra, ut beati Ioannis Apostoli tui & Euangelistae illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna, per Dominum nostrum Iesum Christum.

Epistola 1. Ioannis 1.

Quod fuit ab initio, quod audiuimus. Finis. Si dixerimus quod peccatum non habemus &c.

Euangelium Ioannis 21.

Dixit Iesus Petro, Sequere me. Vsque ad finem capitis.

Ad Vesperas altera Lectio, Apocalypsis 21. Vsque ad finem capitis.

DIE INNOCENTVM.

Ad Matutinas.

Prima Lectio, Hieremiae 31. a principio capitis.

Ad Communionem.

Psalmus 79. Deus uenerunt gentes in haereditatem tuam, usque ad finem.

Collecta.

Deus, cuius hodierna die praeconium innocentes Martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt, omnia in nobis uitiorum mala mortifica, ut fidem tuam, quam lingua nostra loquitur, etiam uita moribus fateatur, per Dominum nostrum Iesum Christum.

Epistola

Epistola Apocalyp. 14.

Et uidi, & ecce agnus stabat super montem Syon.

Euangelium Matth. 2.

Angelus Domini apparuit Ioseph in somnis &c.

DOMINICA INFRA OCTAVAS Natalis Domini.

Psalmus 121. Leuaui oculos meos in montes.

Collecta.

Vt supra die Natalis.

Epistola Galath 4.

Dico autem, quod quàm diu hæres paruulus est, nihil differt à seruo &c.

Euangelium Matth. 1.

Liber generationis Iesu Christi,

DIE CIRCVMCISIONIS.

Ad Matutinas, prima lectio Geneseos 17. à principio capitis usque ad finem.

Ad communionem.

Psalmus 122. Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi.

Collecta.

Omnipotens Deus, qui unigenitum Filium tuum carnis circumcisionem pati, & legi subditum esse uoluisti, propter hominem, da corda nostra, uera, & spirituali circumcisione ita discindi, ut mortificatis mundanis & carnalibus concupiscentijs, obediamus per omnia, diuinæ uoluntati tuæ, per eundem Dominum nostrum.

Epistola Rom. 4.

Beatus uir, cui non imputauit Dominus peccatum. Finis. Si ij, qui ex lege sunt, fiunt hæredes, inanis est fides, & irrita est promissio.

Euangelium Lucæ 2.

Et factum est, cum angeli discessissent ab eis in cœlum, pastores

ſtores loquebantur ad inuicem. Finis. Quod uocatum fue- rat ab Angelo, priuſquam in utero conciperetur.

Ad Veſperas.

1. Lectio, Deuteron. 10. Et nunc Iſrael, Vſque ad finem capitis.

2. Lectio, Coloſſenſ. 2. Vſque ad finem capitis.

DIE EPIPHANIAE.

Ad Matutinas.

Prima Lectio, Eſaiæ 60. uſque ad finem capitis.

Secunda Lectio, Lucæ tertio, Factum eſt autem, cum baptizaretur omnis populus &c. Vſque ad finem capitis.

Ad communionem.

Pſalmus 96. Cantate Domino canticum nouum, cantate Domino omnis terra.

Collecta.

Deus, qui unigenitum tuum gentibus, ſtella duce reuelaſti, concede propicius, ut qui te iam ex fide cognouimus, uſque ad contemplationem celſitudinis tuæ perducamur.

Epiſtola Epheſ. 3.

Huius rei gratia ego Paulus uinctus ſum Ieſu Chriſti pro uobis. Finis. Per quem habemus audaciam & acceſſum cum fiducia, quæ eſt per fidem in ipſum.

Euangelium Matth. 2.

Cum natus eſſet Ieſus in Bethleem ciuitate Iudeæ, in diebus Herodis regis &c.

Ad Veſperas.

Prima Lectio, Eſaiæ 49. Vſque ad finem.

Secunda Lectio, Ioannis 2. Poſthæc deſcendit Capernaum, uſque ad finem capitis.

DOMINICA PRIMA POST Epiphaniam.

Pſalmus 13. Vſque quo Domine obliuiſceris mei in finem &c.

Collecta.

Vota quæsumus Domine, supplicantis populi cœlesti pietate prosequere, ut ea, quæ agenda sunt, uideant, & ad implenda quæ uiderint, conualescant.

Epistola ad Romanos 12,

Obsecro uos fratres, per miserationes Dei &c. Finis. Alij aliorum membra.

Euangelium Lucæ 2.

Et ibant pater & mater eius singulis annis Hierosolymam, iuxta consuetudinem diei Festi. Finis. Apud Deum & ho. &c.

DOMINICA II.

Psalmus 14. Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.

Collecta.

Omnipotens sempiterne Deus, qui cœlestia simul & terrestria moderaris, supplicationes nostras clementer exaudi, & pacem tuam nostris concede temporibus.

Epistola ad Romanos 12.

Habentes diuersa dona, iuxta gratiam nobis datam. Finis. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes.

Euangelium Ioannis 2.

Tertia die factæ sunt nuptiæ in Cana Galileæ &c. Finis. Hoc est initium signorum.

DOMINICA III.

Psalmus 15. Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo &c.

Collecta.

Omnipotens æterne Deus, infirmitatem nostram propicius respice, atque ad protegendum nos, dexteram tuæ Maiestatis extende.

Epistola ad Romanos 12.

Ne sitis prudentes apud uosmetipsos. Finis. Sed uince bono malum.

Euangelium Matth. 8.

Cum

Cum descendisset de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ. Et ecce, leprosus &c. Finis. Et sanatus est seruus &c.

DOMINICA IIII.

Psalmus 2. Quare fremuerunt gentes, & populi &c.

Collecta.

Deus, qui nos in tantis periculis constitutos pro humana fragilitate scis non posse subsistere, da nobis salutem mentis & corporis, ut ea, quæ pro peccatis nostris patimur, te adiuuante uincamus.

Epistola ad Roman. 13.

Omnis anima potestatibus præcellentibus subdita sit. Finis. Cui honorem honorem.

Euangelium Matth. 18.

Et cum ingressus fuisset in nauim, secuti sunt eum discipuli eius. Finis. Et rogabant eum, ut discederet &c.

DOMINICA V.

Psalmus 20. Exaudiat te Dominus in die tribulationis.

Collecta.

Familiam tuam, quæsumus Domine, continua pietate custodi, ut quæ sola fiducia gratiæ cœlestis innititur, tua semper protectione muniatur.

Sola fiducia gratiæ nititur Ecclesia.

Epistola, Coloss. 3.

Sitis igitur induti, tanquam electi Dei. Finis. Et omnia, quæ facitis.

Euangelium Matth. 13.

Simile est regnum cœlorum homini, qui seminauit bonum semen in agro suo. Finis. Colligite triticum &c.

DOMINICA SEXTA IDEM OFFIcium habet cum quinta.

DOMINICA SEPTVAGESIMAE.

Psalmus 23. Dominus regit me, & mihi nihil deerit.

Collecta.

Preces populi tui, quaesumus Domine, clementer exaudi, ut qui iuste pro peccatis nostris affligimur, pro tui nominis gloria, per misericordiam tuam liberemur.

Epistola, 1. Corinth. 9.

Nescitis, quod ij, qui in stadio currunt.

Euangelium Matth. 20.

Simile est regnum coelorum homini patrifamilias, qui exijt primo mane.

DOMINICA SEXAGESIMAE.

Psalmus 24. Domini est terra, & plenitudo eius.

Collecta.

Deus, qui conspicis, quod ex nulla nostra actione confidimus, Concede propicius, ut contra aduersa omnia protectionis tuae benignitate muniamur.

Epistola, 2. Corinth. 11.

Libenter suffertis insipientes, cum sitis ipsi sapientes.

Euangelium Lucae 8.

Cum multa turba conueniret, & ex diuersis ciuitatibus properarent ad eum, locutus est per similitudinem: Exijt qui seminat seminare semen suum.

DOMINICA QVINQVAGESIMAE.

Psalmus 26. Iudica me Domine, quia in innocentia mea ingressus sum.

Collecta.

Deus, qui nos per Apostolum tuum docuisti, quod omnia opera nostra sine charitate nihil sint, da nobis Spiritum tuum sanctum, qui diffundat in cordibus nostris excellens donum charitatis, quae est uerum uinculum pacis, & omnium uirtutum, & sine qua omnis uiuens coram te est mortuus, per Dominum nostrum Iesum Christum.

Epistola, 1. Corinth. 13.

Si linguis loquar hominum & angelorum, charitatem autem non habeam &c.

Euangelium Lucæ 18.

Iesus uocatis ad se duodecim, secreto dixit illis: Ecce ascendimus Hierosolyma &c.

DIE CINERVM.

Psalmus 6. Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.

Collecta.

Omnipotens æterne Deus, qui nihil odisti eorum, quæ fecisti, & remittis peccata omnibus pœnitentibus: Crea in nobis cor contritum, ut digne peccata nostra defleamus, & agnoscamus iniquitates nostras, & à te Deo omnis misericordiæ perfectam peccatorum remissionem consequamur, per Dominum nostrum Iesum Christum

Epistola, Ioelis 2.

Conuertimini ad me in toto corde uestro, in ieiunio, fletu & planctu.

Euangelium Matth. 6.

Cum ieiunatis, ne sitis sicut hypocritæ, tristes &c.

DOMINICA I. QVADRAGESIMAE.

Psalmus 32. Beati, quorum remissæ sunt iniquitates.

Collecta.

Domine Iesu Christe, qui nostra causa quadraginta diebus & quadraginta noctibus ieiunasti, da nobis huiusmodi uti abstinentia, ut caro nostra spiritui sit subiecta, & mandatis tuis semper obsequamur in uera iustitia & sanctitate, ad gloriam & honorem nominis tui, qui uiuis & regnas &c:

Epistola 2. Corinth. 6

Quin & adiuuantes obsecramus uos, ne in uacuum gratiam Dei recipiatis.

Euangelium Matth. 4.

Ductus est Iesus in desertum à spiritu, ut tentaretur à Diabolo &c. Finis. Et accesserunt angeli &c.

DOMINICA II.

Psalmus 130. De profundis clamaui ad te Domine, Domine exaudi uocem meam.

Collecta.

Deus qui conspicis omni nos uirtute destitui, interius exteriusq́ custodi, ut ab omnibus aduersitatibus muniamur in corpore, & à prauis cogitationibus mundemur in mente.

Epistola, 1. Thessalon. 4.

Rogamus uos fratres, & adhortamur per Dominum Iesum. Finis. Proinde qui reijcit, non reijcit hominem.

Euangelium Matth. 15.

Et digressus illinc Iesus, secessit in partes Tyri & Sydonis. Finis. Et sanata est filia &c.

DOMINICA III.

Psalmus 42. Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta.

Collecta.

Quæsumus omnipotens Deus, uota humilium respice, atque ad defensionem nostram, dexteram tuæ Maiestatis extende.

Epistola, ad Ephesios 5.

Imitatores mei estote, ut filij dilecti. Fin. Et illuminabit etc.

Euangelium Lucæ 11.

Erat Iesus eijciens Dæmonium, & illud erat mutum. Finis. Beati qui audiunt uerbum Dei &c.

DOMINICA IIII.

Psalmus 46. Deus nobis refugium & uirtus,

Collecta.

Concede quæsumus, omnipotens Deus, ut qui ex merito nostræ actionis affligimur, tuæ gratiæ consolatiōe respiremus.

Epistola,

Epistola, Galath. 4.

Dicite mihi, qui sub lege esse uultis, legem ipsam non audistis? Scriptum est enim, quod Abraham duos filios habebat. etc.

Euangelium Ioannis 6.

Post haec abijt Iesus trans mare Galileae, quod est Tyberiadis. Finis. Hic est Propheta &c.

DOMINICA V.

Psalmus 54. Deus, in nomine tuo saluum me fac.

Collecta.

Populum tuum, quaesumus Domine, benigne respice, ut tua magna bonitate dirigatur, & corpore ac animo conseruetur, per Dominum nostrum.

Epistola Hebr. 9.

Christus existens Pontifex futurorum bonorum.

Euangelium Ioannis 8.

Quis ex uobis arguet me de peccato.

DOMINICA PROXIMA PASCHAE.

Psalmus 61. Exaudi Deus deprecationem meam, auribus percipe orationem meam, A finibus terrae ad te clamaui.

Collecta.

Omnipotens sempiterne Deus, qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum Saluatorem nostrum carnem assumere, & crucem subire fecisti, concede propicius, ut & patientiae ipsius habere documenta, & resurrectionis consortia mereamur, per eundem Christum Dominum nostrum.

Epistola Philip. 2.

Hoc sentite de uobis, quod fuit in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset. Finis. Quod Dominus Iesus Christus sit &c.

Euangelium Matth. 26.

Et factum est, postquam consumasset Iesus omnes hos sermones, dixit discipulis suis: Scitis, quod biduum pascha fiet, usque ad finem Passionis.

Die

DIE LVNAE ANTE PASCHA.

Epiſtola Eſaiæ 63.

Quis eſt iſte, qui uenit de Edom tinctis ueſtibus de Boſra, &c. Vſque ad finem.

Euangelium Marci 14.

Et erat Paſcha poſt biduum & dies Azymorum, & quærebant ſummi Sacerdotes & Scribæ. Vſque ad illum locum, & cœpit flere.

DIE MARTIS.

Epiſtola, Eſaiæ 50.

Dominus reuelauit mihi aurem. Vſque ad finem.

Euangelium Marci 15.

Et facto mane ſummi Sacerdotes inierunt conſilium. Vſque ad finem paſsionis.

DIE MERCVRII ANTE PASCHA.

Epiſtola ad Hebræos 9.

Vbicunque eſt teſtamentum, neceſſe eſt intercedere mortem teſtatoris.

Euangelium Lucæ 22.

Et appropinquabat dies Feſtus Azymorum, qui dicitur Paſcha, & ſummi Sacerdotes & Scribæ. Vſque ad illa uerba: Quid adhuc egemus teſtibus. Audiuimus enim teſtimonium ex ore eius.

Ad Veſperas, prima Lectio ex lamentationum Ieremiæ 1. capite.

DIE COENAE DOMINI.

Epiſtola, 1. Corinth. 11.

Hoc autem denuncio uobis, non laudo, quod non ad ædificationem, ſed ad ſcandala conuenitis.

Euangelium Lucæ 23.

Tunc ſurgens tota multitudo, adduxit eum ad Pilatum, Vſque ad finem.

Ad Veſperas, 1. Lectio Threnorum 3. Vſque ad finem.

Die

DIE PARASCEVES.

Prima Lectio, Genesis 22. Vsque ad finem,

Collecta.

Omnipotens Deus, familiam tuam quaesumus benigne respice, pro qua Dominus noster Iesus Christus non dubitauit manibus tradi nocentum, & crucis subire tormentum, qui tecum uiuit.

Ad Communionem.

Psalmus 22. Deus meus, Deus meus, quare me deseruisti, longe à salute mea abes, à uerbis rugitus mei. Vsque ad finem.

Post duas consuetas Collectas, ad Communionem dicentur hae duae.

Omnipotens aeterne Deus, cuius Spiritu uniuersum corpus Ecclesiae sanctificatur, & regitur, exaudi nos pro uniuersis ordinibus supplicantes, & praesta ut ab omnibus tibi digne & laudabiliter seruiatur, per Christum Dominum nostrum.

Alia.

Misericors Deus, creator omnium hominum, qui nihil odisti eorum quae condidisti, neque uis mortem peccatoris, sed ut magis conuertatur & uiuat, miserere Iudęorum, Turcarum, infidelium, & Haereticorum, aufer ab eis ignorantiam, & duritiem cordis, & contemtum uerbi tui, & reduc eos, misericors Domine, ad gregem tuum, ut seruentur inter reliquias ueri Israelis, ut fiat unum ouile, & unus Pastor, Iesus Christus Dominus noster.

Epistola Hebr. 10.

Vmbram habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum. Finis. Cum uideatis diem appropinquare.

Euangelium Ioannis 18.

Haec cum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, usque ad finem passionis.

Ad Vesperas.

Prima lectio, Esaiae 53. Vsque ad finem capitis.

Vigilia Paschae.

Prima Lectio, Threnorum 4. & 5. usque ad finem.

Ad Communionem.

Psalmus 88. Domine Deus salutis meæ, interdiu & noctu clamo coram te.

Epistola, 1. Petri 3.

Melius est enim ut bene agentes, si ita sit Dei uoluntas, malis afficiamur. Finis. Qui est ad dextram Dei &c.

Euangelium Matth. 27.

Cum autem uespera facta esset, uenit homo diues ab Aramathia, nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu &c.

DIE PASCHAE AD MATVTINAS.

Antiphona, Romanorum 6.

Christus resurgens à morte, iam non amplius moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est, semel mortuus, propter abolitionem peccati. Quod autē uiuit, uiuit Deo. Ita existimate uosipsos mortuos quidē esse peccato, uiuentes autem Deo, per Iesum Christum Dominum nostrū, Alleluia, Alleluia.

Altera Antiphona.

1. Corinth. 15. Nunc autem Christus resurrexit à mortuis primitiæ eorum, qui dormierunt. Postquam enim per hominē mors, etiam per hominem resurrectio mortuorum. Quemadmodum enim omnes per Adam moriuntur, Ita per Christum omnes uiuificabuntur, Alleluia.

SACERDOS

Annunciate inter omnes gentes gloriam Dei.

CHORVS.

Et in omnibus populis mirabilia eius.

Oremus.

Deus, qui pro nostra redemtione unigenitum Filium ad mortem crucis tradidisti, & per gloriosam eius resurrectionem nos à potētia inimici liberasti, præsta ut quotidie sic peccato moriamur, ut posimus in æternum cum eo uiuere, & perfrui gloria resurrectionis ipsius, per eundem Dominum nostrum &c.

Ad

Ad Matutinas.

Proprij Psalmi II. LVII. CXI.

Prima Lectio, Exodi 12. Vsque ad finem.

Secunda Lectio, Roman. 6. totum caput.

Ad primam Communionem.

Psalmus 16. Conserua me Domine, quoniam speraui in te, Dixi Domino, Deus meus tu, quoniam bonorum &c.

Collecta.

Deus, qui per unigenitum tuum æternitatis nobis aditum deuicta morte reserasti, uota nostra quæ præueniendo aspiras, etiam adiuuando prosequere, per eundem &c.

Epistola, Collossens. 3.

Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite.

Euangelium Ioan. 20.

Primo die Sabbathorum, Maria Magdalena uenit mane.

Ad secundam Communionem.

Psalmus 3. Domine, quid multiplicati sunt, qui tribulant me.

Collecta.

Omnipotens pater, qui dedisti Filium tuum, ut pro peccatis nostris moreretur, & pro iustitia nostra resurgeret, præsta ut abiecto fermento malitiæ & nequitiæ, in puritate fidei & uitæ tibi perpetuo seruiamus, per Iesum Christum.

Epistola, 1. Corinth. 5.

Nescitis quod modicum fermenti totam massam corrumpit. Finis. Sed in Azymis sinceritatis.

Euangelium Marci 16.

Et cum transisset Sabbathum, Maria Magdalena & Maria Iacobi &c. Finis. Erant enim perterrefactæ.

Ad Vesperas.

Proprij Psalmi CXIII. CXIIII.

Altera Lectio, Actorum 3. Vs que ad finem.

DIE LVNAE POST PASCHA.

Ad Matutinas.

Secunda Lectio, Matth. 28. usque ad finem.

Ad Communionem.

Psalmus 62. Nonne Deo subiecta erit anima mea.

Collecta.

Deus qui per unigenitum tuum æternitatis nobis aditum, &c. Vt supra.

Epistola Actorum 10.

Aperiens Petrus os suum, dixit &c.

Euangelium Lucæ 24.

Et ecce, duo ex illis ibant eodem die in castellum &c.

Ad Vesperas.

Secunda lectio, Actorum 3. Vsque ad finem.

DIE MARTIS.

Ad Matutinas.

Secunda Lectio, Lucæ 24. Vsque ad illum locum: Et ecce duo.

Ad Communionem.

Psalmus 113. Laudate pueri Dominum, laudate nomen Domini.

Collecta.

Omnipotens Pater: qui dedisti Filium tuum unigenitum, ut pro peccatis nostris moreretur &c. Vt supra.

Epistola Actorum 13.

Viri fratres, filij domus Abraham, & quicunque inter uos timent Deum &c.

Euangelium Lucæ 24.

Stetit Iesus in medio discipulorum, & dixit illis, Pax uobis.

Ad Vesperas.

Secunda Lectio, 1. Corinth. 15. Vsque ad finem.

DOMINICA I. POST PASCHA.

Psalmus 112. Beatus uir, qui timet Dominum, in mandatis eius uolet nimis.

Collecta.

Omnipotens pater, qui dedisti filium, ut supra.

Epistola 1. Ioannis 5.

Omne quod natum est ex Deo, uincit mundum &c.

Euangelium Ioannis 20.

Cum ergo uespera esset die illo una Sabbathorum. Finis. Abierunt ergo discipuli &c.

DOMINICA II.

Psalm. 70. Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina.

Collecta.

Omnipotens Deus, qui dedisti nobis Filium tuum, ut esset & sacrificium pro peccato, & exemplum nouę & æternæ uitæ, da ut gratis mentibus hoc inestimabile beneficium agnoscamus, & exempla uitæ ipsius sanctissimæ perpetuo imitari studeamus.

Epistola, 1. Petri 2.

Nam hæc est gratia, si quis propter conscientiam &c.

Euangelium Ioannis 10.

Dixit Iesus discipulis suis, Ego sum Pastor bonus. Finis. Et unus Pastor.

DOMINICA III.

Psalmus 75. Confitebimur tibi Deus, confitebimur & inuocabimus nomen tuum.

Collecta.

Deus, qui errantibus, ut in uiam possint redire, iustitiæ ueritatis tuæ lumen ostendis, da cunctis, qui Christiana professione censentur, & illa respuere, quæ huic inimica sunt nomini, & ea quæ sunt apta sectari, per Dominum nostrum Iesum Christum.

Epistola, 1. Petri 2.

Obsecro uos, tanquam aduenas & peregrinos &c.

Euangelium Ioannis 16.

Dixit Iesus discipulis suis, Modicum & non uidebitis me &c. Finis. Et gaudium uestrum nemo tollet &c.

DOMINICA IIII.

Psalmus 83. Deus stetit in corona principum.

Collecta.

Deus, qui fidelium mentes unius efficis uoluntatis, da populo tuo id amare, quod præcipis, id desiderare, quod promittis, ut inter mundanas uarietates, ibi nostra fixa sint corda, ubi uera sunt gaudia, per Dominum nostrum.

Epistola Iacobi 1.

Omne donum optimum, & omne donum perfectum.

Euangelium Ioannis 16.

Dixit Iesus discipulis suis, Vado ad eum, qui me misit. Finis. Et de meo accipiet &c.

DOMINICA V.

Psalmus 84. Quam dilecta tabernacula tua Domine uirtutum.

Collecta.

Deus, à quo bona cuncta procedunt, largire supplicibus tuis, ut cogitemus te inspirante, quæ uera sunt, & te gubernante eadem faciamus, per Dominum nostrum.

Epistola, Iacobi 1.

Sitis autem factores uerbi, & non auditores tantum, fallentes uosmetipsos. Finis. Et immaculatum se &c.

Euangelium Ioannis 16.

Amen amen dico uobis, quicquid petieritis Patrem in nomine meo &c. Finis. Ego uici mundum.

DIE ASCENSIONIS.

Proprij salmi VIII. XV. XXI.

Secunda Lectio, Ioannis 14. Vsque ad finem.

Ad Communionem.

Psalmus 48. Omnes gentes plaudite manibus.

Col-

Collecta.

Concede quæsumus, omnipotens Deus, ut qui unigenitum tuum, Redemtorem nostrum, ad cœlos ascendisse credimus, ipsi quoque mente in cœlestibus habitemus, per Dominum nostrum.

Epistola, Actor. 1.

Primum quidem sermonem feci de omnibus ô Theophile, quæ cœpit Iesus facere, & docere &c. Finis. Quemadmodum uidistis eum &c.

Euangelium Marci 16.

Recumbentibus undecim, apparuit illis Iesus, & exprobauit illis incredulitatem ipsorum, & duriciem cordis &c.

Ad uesperas.

Psalmi proprij XXIIII. LXVIII. CVIII.

DOMINICA POST ASCENSIONEM.

Psalmus 93. Dominus regnauit, decorem indutus est, induit se Dominus, & præcinxit se robore.

Collecta.

Deus Rex gloriæ, qui exaltasti Filium tuum unigenitum Iesum Christum, ad dexteram tuam in glorioso regno tuo æternæ uitæ, petimus ne relinquas nos orphanos, sed mitte nobis Spiritum sanctum paracletum, qui nos consoletur, & ut nos euehat ad illam gloriam, ad quam Dominus & Seruator noster Iesus Christus prior ascendit, qui tecum uiuit.

Epistola, 1. Petri 4.

Finis omnium rerum impendet, Sitis igitur sobrij & uigilate in orationibus. Finis. Cui honor & potentia &c.

Euangelium Ioannis 16.

Cũ uenerit paracletus, quem ego mittam uobis à patre. etc.

DIE PENTECOSTES.

Ad Matutinas.

Proprij

Proprij Psalmi XLVIII. LXVII. CXLV.

Secunda lectio, Actorum 10. usque ad finem.

Ad communionem.

Psalmus 33. Exultate iusti in Domino, rectos decet col- laudatio.

Collecta.

Deus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docu- isti, da nobis eodem Spiritu recte sapere, & de eius semper sancta consolatione gaudere, per Dominum nostrum.

Epistola, Actorum 2.

Dum complerentur dies Pentecostes, erant omnes discipuli pariter in eodem loco. Finis. Loquentes magnalia Dei.

Euangelium Ioannis 14.

Si quis diligit me, erit custos sermonis mei, & pater meus di- liget eum. Finis. Et manifestabo ei meipsum.

Ad Vesperas.

Psalmi CIIII. CXLV.

Altera Lectio, Actorum 19. Factum est autem cum Apol- lo &c. Finis. Sermo Dei crescebat &c.

DIE LVNAE.

Psalmus 100. Iubilate Deo omnis terra, seruite Domino in lætitia.

Collecta.

Deus, qui corda fidelium, Vt supra.

Epistola, Actorum 10.

Aperiens Petrus os suum, dixit: In ueritate comperi, quod non sit personarum respectus apud Deum. Finis. Rogabant eum, ut maneret apud illos &c.

Euangelium Ioannis 3.

Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum da-

ret, ut

ret, ut omnis qui credit in eum, non pereat. Finis. Quia in Deo facta sunt.

DIE MARTIS.

Ad communionem.

Psalmus 101. Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.

Collecta.

Deus, qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione &c.

Epistola, Actorum 8.

Cum audissent Apostoli, qui erant Hierosolymis &c. Finis. Et accipiebant Spiritum sanctum.

Euangelium Ioan. 10.

Amen amen dico uobis, qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde etc. Finis. Et abundantius habeant.

DOMINICA TRINITATIS.

Prima Lectio, Genesis 18. Vsque ad finem.

Secunda, Matthæi 3. Vsque ad finem.

Ad Communionem.

Psalmus 66. Deus misereatur nostri, & benedicat nobis.

Collecta.

Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis in confessione ueræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia Maiestatis adorare unitatem, quæsumus ut eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur aduersis.

Epistola, Apocaliyp. 4.

Post hæc uidi, & ecce ostium apertum in cœlo. Finis. Et propter uoluntatem tuam sunt &c.

Euangelium Ioannis 3.

Erat homo ex Pharisæis, Nicodemus nomine &c. Finis. Sed habeat uitam æternam.

DOMINICA I. POST TRINITATEM.

Psalmo 119. Beati immaculati in uia, qui ambulent in lege Domini.

Collecta.

Deus, in te sperantium fortitudo, adesto propicius inuocantibus nostris, & quia nihil sine te potest mortalis infirmitas, praesta auxilium gratiae tuae, ut in exequendis mandatis tuis, & uoluntate tibi, & actione placeamus.

Epistola, 1. Ioannis 4.

Charissimi, diligamus nos inuicem, quia charitas est ex Deo. Finis. Vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.

Euangelium Lucae 16.

Erat quidam homo diues, & induebatur bysso & purpura. Finis. Neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

DOMINICA II.

Psalmo 119. In quo corrigit adolescentior uiam suam, in custodiendo sermones tuos &c.

Collecta.

Sancti nominis tui Domine, timorem pariter & amorem fac nos habere perpetuum, quia nunquam tua gubernatione destituis, quos semel in soliditate tuae dilectionis instituis.

Epistola, 1. Ioan. 3.

Nolite mirari fratres, si odit uos mundus, Nos scimus quod translati sumus de morte ad uitam &c. Finis. Quod de Spiritu suo dedit nobis.

Euangelium Lucae 14.

Homo quidam fecit coenam magnam, & uocauit multos. Finis. Dico uobis, nemo uirorum illorum qui uocati sunt etc.

DOMINICA III.

Psalmo 119. Retribue seruo tuo, uiuifica me, ut custodiam sermones tuos.

Collecta.

Quae-

Quæsumus nos Domine clementer exaudi, & quibus supplicandi præstas affectum, tribue defensionis auxilium, per Christum.

Epistola, 1. Petri 5.

Subiecti inuicem alter alteri &c. Finis. Ipsi gloria, imperium &c.

Euangelium Lucæ 15.

Accedebant autem ad illum omnes publicani & peccatores, ut audirent illum &c. Finis. Super uno peccatore pœnitentiam agente.

DOMINICA IIII.

Psalmo 119. Adhæsit pauimento anima mea, uiuifica me secundum uerbum tuum &c.

Collecta.

Protector omnium in te sperantium Deus, sine quo nihil est sanctum, nihil ualidum, multiplica super nos misericordiam tuam, ut te Rectore, te Duce, sic transeamus per bona temporalia, ut non amittamus æterna.

Epistola, ad Romanos 8.

Existimo quod non sint condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, Finis. Expectantes redemtionem corporis nostri.

Euangelium Lucæ 5.

Estote misericordes sicut pater uester cœlestis misericors est. Finis. Et tunc perspicies, ut educas festucam ex oculo fratris tui.

DOMINICA V.

Psalm. 119. Legem pone mihi Domine, uiam iustificationum tuarum.

Collecta.

Da nobis, quæsumus, ut & mundi cursus pacifice nobis tuo ordine dirigatur, & Ecclesia tua tranquilla deuotione lætetur, per Dominum nostrum.

Epistola, 1. Petri 3.

Sitis autem omnes unanimes similiter affecti. Finis. Dominum Deum sanctificate in cordibus &c.

Euangelium Lucæ 5.

Factum est autem cum turba comprimeret eum, ut audiret uerbum Dei. Finis. Relictis omnibus secuti sunt eum.

DOMINICA VI.

Psalmo 119. Et ueniat super me misericordia tua Domine salutare tuum, secundum eloquium tuum.

Collecta.

Deus, qui diligentibus te, bona inuisibilia præparasti, infunde cordibus nostris tui amoris affectum, ut te in omnibus, & super omnia diligentes, promissiones tuas, quæ omnium desiderium superant, consequamur, per Dominum nostrum.

Epistola Roman. 6.

An nescitis, quod quicunque baptizati sumus, in Christū Iesum, in mortem ipsius sumus Baptizati. Finis, Ita persuasum habete, uos esse mortuos quidem peccato &c.

Euangelium Matth 5.

Dixit Iesus discipulis suis, Nisi abundauerit iustitia uestra &c. Finis. Non exibis inde &c.

DOMINICA VII.

Psalmo 119. Memor esto uerbi tui seruo tuo, in quo mihi spem dedisti.

Collecta.

Deus uirtutum, cuius est omne quod est optimum, insere pectoribns nostris amorem tui nominis, & præsta nobis religionis augmentum, ut quæ bona sunt nutrias, & quæ sunt nutrita custodias, per Dominum nostrum &c.

Epistola, Roman. 6.

Humanum dico, propter infirmitatem carnis uestræ. Finis. Stipendium peccati &c.

Euangelium Marci 8.

Cum

Cum turba multa esset, nec haberet quod manducarent. Finis. Et dimisit eos &c.

DOMINICA VIII.

Psalmo 119. Portio mea Domine, dixi custodire legem tuam.

Collecta.

Deus, cuius prouidentia in sua dispositione non fallitur, te supplices exoramus, ut noxia cuncta submoueas, & omnia nobis profutura concedas.

Epistola, ad Romanos 8.

Fratres, debitores sumus non carni, ut secundum carnem uiuamus. Finis. Vt cum ipso glorificemur.

Euangelium Matth. 7.

Attendite uobis à falsis Prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium. Finis. Intrabit in regnum cœlorum.

DOMINICA IX.

Psalmo 119. Bonitatem fecisti cum seruo tuo Domine, secundum uerbum tuum.

Collecta.

Largire nobis, quæsumus Domine, semper spiritum cogitandi quæ recta sunt, pariter & agendi, ut qui sine te esse non possumus, secundum te uiuere ualeamus, per Dominũ nostrũ.

Epistola, 1. Corinth. 10.

Nolo uos ignorare fratres, quod patres nostri omnes sub nube fuerunt. Finis. Vt posfitis sufferre.

Euangelium Lucæ 16.

Homo quidam erat diues, qui habebat uillicum &c. Finis. Recipiant uos in æterna tabernacula.

DOMINICA X.

Psalmo 119. Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me.

Collecta.

Pateant aures misericordiæ tuæ Domine precibus suppli-

cantium, & ut petentibus desiderata concedas, fac eos, quæ tibi placita sunt, postulare, per Dominum nostrum.

Epistola, 1. Corinth. 12.

De spiritualibus, fratres, nolo uos ignorare &c. Finis. Diuidens singulis sicut uult.

Euangelium Lucæ 19.

Et cum appropinquasset, uidens ciuitatem, fleuit super eam. Finis. Et docebat quotidie in templo.

DOMINICA XI.

Psalmo 119. Defecit in salutare tuum anima mea.

Collecta.

Deus, qui omnipotentiam tuam parcendo, maxime & miserendo manifestas, multiplica super nos misericordiam tuam, ut ad tua promissa currentes, cœlestium bonorum facias esse participes.

Epistola, 1. Corinth. 15.

Notum autem uobis facio fratres Euangelium &c. Finis. Siue igitur ego, siue illi, sic prædicamus, & sic credidistis.

Euangelium Lucæ 18.

Dicebat autem & ad quosdam, qui in se confidebant quod essent iusti. Finis. Qui autem seipsum humiliat, exaltabitur.

DOMINICA XII.

Psalmo 119. In æternum Domine uerbum tuum permanet in cœlo.

Collecta.

Omnipotens sempiterne Deus, qui abundantia pietatis tuæ & merita supplicum excedis, & uota, effunde super nos misericordiam tuam, ut dimittas quæ conscientia metuit, & adijcias, quæ oratio non præsumit.

Epistola, 2. Corint. 3.

Fiduciam talem habemus per Christum ad Deum. Finis. multo magis excellit administratio iustitiæ, in gloria.

Euan-

Euangelium Marci 7.

Et inde surgens, abijt in confinibus Tyri & Sidonis &c. Finis. Et surdos fecit audire, & mutos loqui.

DOMINICA XIII.

Psalmo 119. Quomodo dilexi legem tuam Domine, tota die meditatio mea est.

Collecta.

Omnipotens & misericors Deus, de cuius munere uenit, ut tibi à fidelibus tuis digne & laudabiliter seruiatur, tribue quæsumus nobis, ut ad promissiones tuas sine offensione curramus.

Epistola, Galath. 6.

Abrahæ datæ sunt promissiones, & semini eius. Finis. Vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.

Euangelium Lucæ 10.

Beati oculi qui uident, quæ uos uidetis &c. Finis. Vade, & tu fac similiter.

DOMINICA XIIII.

Psalmo 119. Lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lumen semitis meis.

Collecta.

Omnipotens, sempiterne Deus, da nobis fidei, spei & charitatis augmentum, & ut mereamur assequi quod promittis, fac nos amare quod præcipis.

Epistola, Galath. 5.

Dico autem, spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Finis Qui uero sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum affectibus & concupiscentijs.

Euangelium Lucæ 17.

Et factum est, dum iret Hierosolymam, iter faciebat per mediam Samariam. Finis. Fides tua te saluum fecit.

DOMINICA XV.

Psalmo

Psalmo 119. Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi.

Collecta.

Custodi, quæsumus Domine, Ecclesiam tuam, propiciatione perpetua, & quia sine te labitur humana fragilitas; præsta auxilium gratiæ tuæ, ut ab omnibus abstrahatur noxijs, & ad salutaria cuncta dirigatur.

Epistola, ad Galat. 6.

Videtis quantam epistolam scripserim uobis manu mea. Finis. Gratia Domini nostri Iesu Christi, cum spiritu uestro, Fratres. Amen.

Euangelium Matth. 6.

Nemo potest duobus Dominis seruire. Finis. Sufficit diei afflictio sua.

DOMINICA XVI.

Psalmo 119. Feci iudicium & iustitiam, non tradas me calumniantibus me.

Collecta.

Ecclesiam tuam Domine, miseratio continuata mundet, & muniat, & quia sine te non potest salua consistere, tuo semper munere gubernetur.

Epistola, ad Ephesios 3.

Quapropter peto ne deficiatis propter afflictiones meas. Finis. Sit gloria in Ecclesia, per Christum Iesum in omnes ætates &c.

Euangelium Lucæ 7.

Et factum est deinceps, ibat in ciuitatem, quę uocatur Nain. Finis. Et in omnem finitimam regionem.

DOMINICA XVII.

Psalmo 119. Mirabilia testimonia tua Domine.

Collecta.

Tua nos Domine, quæsumus gratia, semper præueniat & sequatur, ac bonis operibus præstet esse intentos.

Epistola Ephes. 4.

Obsecro

Obſecro itaque uos, ego uinctus in Domino. Finis. Qui eſt ſuper omnia, & per omnia, & in omnibus uobis.

Euangelium Lucæ 14.

Et accidit ut introiret in domum cuiuſdam principis Pharisæorum. Finis. Et qui ſeipſum humiliat, exaltabitur.

DOMINICA XVIII.

Pſalmo 119. Iuſtus es Domine, & rectum iudicium tuum.

Collecta.

Da, quæſumus Domine, populo tuo, Diabolica uitare contagia, & te ſolum uerum Deum, pura mente ſectari, per Dominum noſtrum.

Epiſtola, 1. Corinth. 1.

Gratias ago Deo meo ſemper pro uobis, de gratia Dei, quę data eſt uobis. Finis. In die Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Euangelium Matth. 22.

Cum audiuiſſent Phariſæi, quod Ieſus ſilentium impoſuiſſet Sadducæis. Finis. Neque auſus fuit quiſquam ex illa die eum amplius interrogare.

DOMINICA XIX.

Pſalmo 119. Clamaui in toto corde, exaudi me Domine, iuſtificationes tuas requiram.

Collecta.

Dirigat corda noſtra, quæſumus Domine, tuæ miſerationis operatio, quia tibi ſine te placere non poſſumus, per Dominum noſtrum &c.

Epiſtola, Epheſ. 4.

Illud dico & obteſtor per Dominum Ieſum, ne poſthac ambuletis, ſicut reliquæ gentes. Finis. Quemadmodum & Deus per Chriſtum largitus eſt uobis.

Euangelium Matthæi 9.

Et ingreſſus nauem traiecit, & uenit in ciuitatem ſuam. Finis. Qui dedit poteſtatem talem hominibus.

DOMINICA XX.

Pſalmo 119. Vide humilitatem meam, & laborem meum, & dimitte uniuerſa delicta mea.

Collecta.

Omnipotens & miſericors Deus, uniuerſa nobis aduerſantia propiciatus exclude, ut mente & corpore pariter expediti, quæ tua, ſunt liberis mentibus exequamur, per Chriſtum.

Epiſtola Epheſ. 5.

Videte igitur quomodo circumſpecte ambuletis, non ut inſipientes, ſed ut ſapientes, redimentes tempus. Finis. Subditi uicisſim alius alij, cum timore Dei.

Euangelium Matth. 22.

Simile eſt regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo. Finis. Multi enim ſunt uocati, pauci autem electi.

DOMINICA XXI.

Pſalmo 119. Principes perſecuti ſunt me gratis, ut à uerbis tuis formidauit cor meum.

Collecta.

Largire, quæſumus Domine, fidelibus tuis indulgentiam placatus, & pacem, ut pariter ab omnibus mundentur offenſis, & ſecura tibi mente deſeruiant, per Chriſtum.

Epiſtola, ad Epheſios 6.

Quod ſupereſt, fratres mei, ſitis fortes per Dominum, & per potentiam roboris eius. Finis. Vt in eo libere loquar, ſicut oportet me loqui.

Euangelium Ioan. 4.

Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capernaum. Finis. Hoc iterum ſecundum ſignum fecit Ieſus &c.

DOMINICA XXII.

Pſalmo 119. Appropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo Domine.

Collecta.

Familiam tuam, quæſumus Domine, continua pietate cuſtodi,

stodi, ut à cunctis aduersitatibus, te protegente, sit libera, & in omnibus actionibus tuo nomini sit deuota, per Dominum.

Epistola, Philip. 1.

Gratias ago Deo meo, in omni memoria uestri. Finis. Qui contingit per Iesum Christum, ad gloriam & laudem Dei.

Euangelium Matth. 18.

Dixit Petrus ad Iesum. Quoties peccabit in me frater meus & remittam ei &c. Finis. Si non remiseritis, unusquisque fratri suo de cordibus uestris.

DOMINICA XXIII.

Psalmus 124. Nisi quod Dominus erat in nobis dicat nunc Israel, nisi quia Dominus &c.

Collecta.

Deus nostrum refugium & uirtus, adesto pijs Ecclesiæ tuæ precibus, autor ipse pietatis, & præsta, ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur, per Christum Dominum nostrum.

Epistola Philip. 3.

Estote imitatores mei, fratres, & considerate eos, qui sic ambulant. Finis. Secundum efficaciam, qua potest etiam sibi subijcere omnia.

Euangelium Matth 22.

Tunc abeuntes Pharisæi consilium inierunt, quomodo eum caperent in sermone. Finis. Et relicto eo, abierunt.

DOMINICA XXIIII.

Psalmus 125. Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion non commouebuntur.

Collecta.

Absolue, quæsumus Domine, tuorum delicta populorum, ut à peccatorum nostrorum nexibus, quæ pro nostra fragilitate contraximus, tua benignitate liberemur.

Epistola Colloss. 1.

Gratias agimus Deo, & Patri Domini nostri Iesu Christi semper de uobis. Finis. Qui idoneos nos fecit, ad participationem sortis Sanctorum in lumine.

Euangelium Matth. 9.

Cum hæc loqueretur illis, ecce, princeps quidam uenit, & adorauit eum dicens, Filia mea modo defuncta est. Finis. Et emanauit rumor hic in totam terram illam.

DOMINICA XXV.

Psalmus 127. Nisi Dominus ædificauerit domum, in uanum laborauerunt, qui edificant eam.

Collecta.

Excita quæsumus Domine, tuorum fidelium uoluntates, ut diuini operis fructum propensius exequentes, pietatis tuæ præmia maiora percipiant, per Christum.

Epistola, Ieremiæ 23.

Ecce, dies uenient, dicit Dominus, & suscitabo Dauidi germen iustum, & regnabit rex. Finis. Et habitabunt in terra sua.

Euangelium Ioan. 6.

Cum subleuasset Iesus oculos, et uidisset, quia maxima multitudo uenisset ad eum, dicit ad Philippum. Finis. Hic est uere Propheta ille, qui uenturus est in mundum.

DIE SANCTI ANDREAE.

Ad Communionem.

Psalmus 129. Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi &c.

Collecta.

Omnipotens Deus, qui dedisti Beato Andreæ Apostolo tuo, ut acerbam & ignominiosam crucis mortem duceret sibi pro magna gloria, tribue, ut omnia nobis aduersa pro nomine tuo, ducamus profutura, & ad æternam uitam conducibilia, per Dominum nostrum.

Epistola, Romanor. 10.

Si ore confessus fueris Iesum esse Dominum, & corde credideris, quod Deus eum excitauit à morte, saluus eris &c. Finis, tota die expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem.

Euangelium Matth. 4.

Ambulans Iesus iuxta mare Galileæ, uidit Petrum & Andream fratrem eius. Finis. At illi protinus relicta naui & Patre suo, secuti sunt eum.

DIE SANCTI THOMAE APOSTOLI.

Psalmus 128. Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in uijs eius.

Collecta.

Omnipotens æterne Deus, qui pro confirmatione fidei nostræ, Beatum Thomam Apostolũ de resurrectione Filij tui dubitantem confirmasti, concede nobis, ut uere et sine ulla dubitatione credamus in Filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum, & ut fides nostra coram te nunquam mereatur reprehensionem, per Dominum nostrum.

Epistola, Ephes. 2.

Iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues Sanctorum. Finis. In quo & uos coædificamini in habitaculum Dei per Spiritum.

Euangelium Ioan. 20.

Thomas unus ex duodecim, qui uocatur Didymus, non erat cum illis, quando uenit Iesus. Finis. Et ut credentes, uitam habeatis per nomen eius.

CONVERSIONIS SANCTI PAVLI.

Psalmus 138. Confitebor tibi Domine in toto corde meo, quoniam audisti omnia uerba oris mei.

Collecta.

Deus, qui uniuersum mundum Beati Pauli Apostoli prædicatione docuisti, da nobis quæsumus, ut cuius conuersionem colimus, per eius ad te exempla gradiamur.

Epistola, Actorum 9.

Saulus adhuc spirans minas & cædes in Discipulos Domini. Finis. Adfirmans, quod hic est Christus.

Euangelium Matthæi 19.

Reſpondens Petrus, dixit ad Ieſum: Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te. Finis. Multi autem primi, erunt nouiſsimi, & nouiſsimi primi.

Ad Veſperas.

Secunda Lectio, Actorum 26. uſque ad finem.

DIE PVRIFICATIONIS.

Pſalmus 134. Ecce, nunc benedicite Domino omnes ſerui Domini, qui ſtatis in domo Domini, in atrijs Dei noſtri.

Collecta.

Omnipotens Deus, maieſtatem tuam ſupplices exoramus, ut ſicut unigenitus Filius tuus cum carnis noſtræ ſubſtantia hodie tibi in templo eſt præſentatus, iuſtusq; Simeon mortem non uidit, priusquam Chriſtum Dominum uidere mereretur, Ita nos facias purificatis mentibus tibi pręſentari, & uitam obtinere æternam, per eundem Dominum noſtrum &c.

Epiſtola.

Eadem cum illa, quæ aſsignatur diei Dominico.

Euangelium Lucæ 2.

Poſtquam impleti ſunt dies purgationis eius iuxta legem Moſi. Finis. Et uenit per ſpiritum in templum.

DIE MATTHIAE APOSTOLI.

Pſalmus 140. Eripe me Domine ab homine malo.

Collecta.

Omnipotens Deus, qui in locum Iudæ traditoris elegiſti fidelem ſeruum tuum Matthiam, ut eſſet unus ex numero duodecim Apoſtolorum, defende Eccleſiam tuam à doctrina Pſeudoapoſtolorum, & tribue, ut à ueris paſtoribus guberneutr.

Epiſtola, Actor. 1.

In diebus illis exurgens Petrus in medio diſcipulorũ, dixit. Finis. Et cooptatus eſt in numerum undecim Apoſtolorum.

Euangelium Matth. 11.

In illo tempore, reſpondens Ieſus, dixit: Confiteor tibi Domine Pater cœli & terræ. Finis. Et onus meum leue eſt.

DIE ANNVNCIATIONIS
Beatæ Mariæ.

Psalmus 131. Domine, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei.

Collecta.

Mentibus nostris, quæsumus Domine, gratiã tuam benignus infunde, ut qui Filij tui incarnationem cognouimus, per passionẽ eius, et crucem, ad resurrectiõis gloriam perducamur.

Epistola, Esaiæ 7.

Locutus est Dominus ad Ahas, dicens: Pete tibi signum à Domino Deo tuo &c. Finis. Vt sciat auersari malum, & eligere bonum.

Euangelium Lucæ 1.

In Mense autem Sexto, missus est Angelus Gabriel à Deo &c. Finis. Et discessit ab illa Angelus.

DIE SANCTI MARCI.

Psalmus 141. Domine clamaui ad te, exaudi me, intende uoci meæ cum clamauero ad te.

Collecta.

Deus, qui Beatum Marcum, Euangelistam tuum, ad Euangelicæ prædicationis gratiam euexisti, tribue quæsumus nos semper eius eruditione proficere, & fidei constantia stabiliri, ut non simus semper pueri fluctuantes omni uento doctrinæ, per Dominum nostrum.

Epistola Ephes. 4.

Vnicuique nostrum data est gratia iuxta mensuram donationis Christi. Finis. In ædificationem sui ipsius &c.

Euangelium Ioan. 15.

Ego sum uitis uera, & pater meus agricola est. Finis. Et gaudium uestrum impleatur.

DIE PHILIPPI ET IACOBI.
Ad Matutinas.

Secunda Lectio, Actor. 8. á principio capitis, usque ad illum locum, Cum audissent Apostoli.

Ad communionem.

Pſalmus 133. Ecce quàm bonum & quàm iucundum eſt, habitare fratres in unum.

Collecta.

Omnipotens Deus, cuius uera cognitio uita æterna eſt, fac nos credere, Filium tuum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum eſſe uiam, ueritatē, & uitam, id quod Sancti Apoſtoli tui Philippus & Iacobus crediderunt & docuerunt, per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Epiſtola, Iacobi 1.

Iacobus ſeruus Dei, & Domini Ieſu Chriſti, duodecim tribubus ſalutem. Finis. Quam promiſit Dominus ijs, á quibus fuerit dilectus.

Euangelium Ioan. 14.

Ne turbetur cor ueſtrum, neque formidet, creditis in Deum, & in me credite. Finis. Si quid petieritis per nomen meum, ego faciam.

DIE BARNABAE APOSTOLI.

Ad Matutinas.

Secunda Lectio, Actor. 14. Vſque ad finem.

Ad Communionem.

Pſalmus 142. Voce mea ad Dominum clamaui &c.

Collecta.

Omnipotens Domine, qui ſanctum Apoſtolum tuum Barnabam ſingularibus donis ſancti Spiritus ornaſti, quæſumus ne ſinas nos deſtitui multiplicibus donis tuis, aut gratia tua, ut illis recte utamur, ad laudem & gloriam ſanctiſsimi nominis tui, per Dominum noſtrum.

Epiſtola, Actorum 11.

Peruenit autem rumor ad aures Eccleſiæ, quæ erat Hieroſolymis ſuper his, & miſerunt Barnabam. Finis. Per manum Barnabæ & Sauli.

Euangelium Ioan. 15.

Hoc

Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos, ut quicquid petieritis Patrem sub nomine meo, det uobis.

Ad Vesperas.

Lectio secunda, Actorum 15. Vsque ad illum locum, Post aliquot dies.

DIE IOANNIS BAPTISTAE.

Propriæ Lectiones ad Matutinas.

Prima, Malachiæ 3. Vsque ad finem capitis.

Altera Lectio, Matthæi 3. Vsque ad finem capitis.

Ad communionem.

Psalmus 144. Domine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam.

Collecta.

Omnipotens Deus, cuius prouidentia præcursor Ioannes Baptista, miraculo natus & missus est, ut præpararet uiam Filio tuo prædicatione pœnitentiæ, fac nos eius doctrinam & sanctam uitam imitari, ut agamus ueram pœnitentiam, iuxta ipsius doctrinam, & exemplo eius constanter fateamur ueritatem, & libere crimina reprehendamus, ac patienter pro confessione ueritatis mortem perferamus acerbam, per eundem Dominum nostrum.

Epistola, Esaiæ. 40.

Consolamini, consolamini popule meus, dicit Deus uester. Finis. Fœtas autem suauiter ducet.

Euangelium Lucæ 1.

Elisabet impletum est tempus pariendi, & peperit filium. Finis. Quo ostendendus erat apud Israelitas.

PROFESTO S. PETRI APOSTOLI.

Propriæ Lectiones ad Vesperas.

Prima, Malach. 4.

Altera, Matthæi 14. usque ad hunc locum, Cum audisset Iesus &c.

L Die

DIE SANCTI PETRI.

Ad Matutinas.

Secunda Lectio, Actorum 3. Vsque ad finem capitis.

Ad Communionem.

Psalmus 144. Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium.

Collecta.

Omnipotens Deus, qui per Filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum, Beato Petro Apostolo excellentia dona contulisti, & ut gregem tuum diligenter pasceret tertio præcepisti, præsta quæsumus, ut omnes Episcopi diligenter doceant Euangelium, & ut populus doctrinæ sit obsequens, quatenus uitam consequatur æternam, per Christum Dominum nostrum.

Epistola, Actorum 12.

Eodem tempore, iniecit Herodes Rex manus &c. Finis. Et ex omni expectatione plebis Iudæorum.

Euangelium Matth. 16.

Cum uenisset Iesus in partes Cæsareæ Philippi. Finis. Quicquid alligaueris in terra, erit alligatum in cœlis.

Ad Vesperas.

Secunda Lectio, Actor. 4. usque ad finem.

DIE MAGDALENAE.

Psalmus 146. Lauda anima mea Dominum, laudabo Dominum in uita mea.

Collecta.

Misericors Pater, da nobis gratiam tuam, ut nullius unquam creaturæ exemplo sumamus nobis audaciam peccandi, & si contingit nos aliquando diuinam maiestatem tuam offendere, ut ex animo pœniteat nos, & defleamus peccata nostra exemplo Mariæ Magdalenæ, & per ueram fidem obtineamus remissionem peccatorum, tantum per merita filij tui Domini nostri Iesu Christi.

Epistola, Prouerb. 31.

Mulie-

Mulierem fortem quis inueniet. Finis. Hanc prædicent in porta opera illius.

Euangelium Lucæ 7.

Et rogauit Iesum Pharisæus, ut manducaret cum ipso. Finis. Vade cum pace.

SANCTI IACOBI APOSTOLI.

Psalmus 148. Laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelsis.

Collecta.

Concede, misericors Deus, ut sicut Sanctus Iacobus Apostolus tuus, relicto patre, & omnibus quæ habebat, continuo obediens fuit uocationi Filij tui, & eum est secutus: Ita nos, relictis omnibus mundanis & carnalibus affectibus, semper pareamus mandatis tuis, per Dominum nostrum.

Epistola, Actor. 11. & 12.

In diebus illis uenerunt Prophetæ a Hierusalem, usque Antiochiam &c. Finis. Perrexit comprehendere & Petrum.

Euangelium Matth. 20.

Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedei cum filijs suis, adorans eum. Finis. Vtque daret animam suam redemtionem pro multis.

DIE BARTHOLOMAEI.

Psalmus 115. Non nobis Domine, sed nomini tuo da gloriam.

Collecta.

Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti Apostolo tuo Bartholomæo, ut crederet Euangelio, illudq; doceret, da quæsumus Ecclesiæ tuæ, & amare quod credidit, & prædicare quod docuit.

Epistola, Actor. 5.

Per manus autem Apostolorum fiebant signa & prodigia &c, Finis. Qui sanabantur omnes.

Euangelium Lucæ 22.

Facta est autem contentio inter eos, quis eorum uideretur esse maior. Finis. Iudicantes duodecim tribus Israel.

DIE SANCTI MATTHAEI.

Psalmus 117. Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi.

Collecta.

Omnipotens Deus, qui per Filium tuum uocasti Beatum Matthæum, ut ex publicano, Apostolus fieret & Euangelista, da nobis gratiam, ut studium pecuniæ, & opum amorem inordinatum relinquamus, & sequamur Filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum, qui tecum uiuit & regnat.

Epistola, 2. Corint. 4.

Cum igitur idem ministerium habeamus &c. Finis. In facie Iesu Christi.

Euangelium Matth. 9.

Et egressus Iesus inde, uidit hominem sedentem ad Telonium Matthæum nomine &c. Finis. Non enim ueni uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.

DIE MICHAELIS.

Psalmus 113. Laudate pueri Dominum, laudate nomen Domini.

Collecta.

Deus, qui miro ordine Angelorum ministeria hominumque dispensas, concede propicius, ut à quibus tibi ministrantibus in cœlo semper assistitur, ab his in terra uita nostra muniatur, per Dominum nostrum.

Epistola, Apocal. 12.

Factum est prelium magnum in cœlo, Michael & angeli eius pugnabant cum Dracone & angelis suis &c. Finis. Sciens quod modicum tempus habet.

Euangelium Matth. 18.

In illo tempore accesserunt discipuli ad Iesum dicentes. Finis. Qui in cœlis est.

Die

DIE LVCAE EVANGELISTAE.

Psalmus 137. Super flumina Babilonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion.

Collecta.

Præsta quæsumus omnipotens Deus, ut sicut deuote populus tuus, Sancti Lucæ Euangelistæ temporalem festiuitatem obseruat: Ita perfruatur æterna, & quod uotis ardenter exoptat, pio comprehendat affectu, per Dominum nostrum.

Epistola, 2. ad Timoth. 4.

At tu uigila in omnibus, perdura in afflictionibus, opus fac Euangelistæ. Finis. Vehementer enim restitit sermonibus nostris.

Euangelium Lucæ 10.

Posthæc designauit Dominus alios septuaginta discipulos.

SIMONIS ET IVDAE.

Psalmus 110. Laudate Dominum in sanctuario suo, laudate eum in firmamento uirtutis suæ.

Collecta.

Omnipotens Deus, qui Ecclesiam super fundamento Prophetarum & Apostolorum, in ipso summo angulari lapide Christo Iesu ædificasti, da nobis, ut per eorum doctrinam in unitate Spiritus coniungamur, ut simus tibi semper templum acceptabile, per eundem Dominũ nostrum Iesum Christum.

Epistola, Iudæ 1.

Iudas seruus Iesu Christi, frater Iacobi. Finis. In potestate præditos, maledicta congerunt.

Euangelium Ioan. 15.

Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem. Finis. Quia ab initio mecum estis.

OMNIVM SANCTORVM.

Ad Matutinas.

Propriæ Lectiones. Prima, Sapientiæ 3. Altera, Hebr. 11. & 12. Sancti per fidem uicerunt regna, Vſque ad illum locum, Feratis caſtigationem.

Ad Communionem.

Pſalmus 149. Cantate Domino canticum nouum, laus eius in Eccleſia Sanctorum.

Collecta.

Omnipotens Deus, qui coniunxiſti electos tuos in una communione, & ſocietate myſtici corporis, Filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti, da ut ſanctos tuos in omnibus uirtutibus & bonis operibus imitemur, ut ad ineffabile gaudium, quod præparaſti ijs, qui uere te diligunt, perueniamus, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Epiſtola, Apocal. 7.

Ecce, ego Ioannes uidi alterum Angelum, aſcendentem ab ortu ſolis &c. Finis. Honor & uirtus, & fortitudo Deo noſtro, in ſecula ſeculorum, Amen.

Euangelium Matthæi 5.

Videns turbas Ieſus, aſcendit in montem. Finis. Qui fuerunt ante uos.

Ad Veſperas.

Propriæ Lectiones. 1. Sapientiæ 5. 2. Apocal. 19. Et ecce, uidi angelum.

ALTERA

ALTERA PARS ORDINATIONIS, DE COENA DOMINI, ET ſancta Communione, quam communiter Miſſam uocant.

QVotquot cupiunt participes fieri ſacræ Communionis, indicabunt nomina ſua Paſtori pridie, aut mane, priuſquam inchoentur Matutinæ, uel immediate poſt principium.

Si quis autem eorum fuerit manifeſte criminoſus, ita ut Eccleſia per eum ſit offenſa, uel affecit proximum notoria iniuria, uerbis aut facto: Paſtor uocabit eum & commonefaciet, ne ullo modo præſumat accedere ad Menſam Domini, donec præbuerit clara indicia ſuę reſipiſcentiæ, & ſatisfecerit Eccleſiæ, ac illis, quos affecit iniuria, uel ad minimum promittat ſe illis ſatisfacturum, quàm primum commode fieri poteſt.

Eodem ordine admonebit Paſtor eos, inter quos intelligit eſſe ſimultates, & odia, nec permittet eos communicare Menſæ Domini, donec certior redditus fuerit, de eorum reconciliatione. Quod ſi altera pars dixerit, ſe ex animo uelle alteri ignoſcere, & ei etiam ſatisfacere, & altera noluerit accipere ſatisfactionem, aut deponere iram, & odium, Paſtor admittet pœnitentem, ablegato pertinace.

Die deſtinato ad celebrationem Cœnæ Domini, Sacerdos indutus Alba, Caſula uel Cappa, aſtabit altari, & in locis, ubi ſunt plures ſacerdotes & Diaconi, tot ex his iuuabunt Paſtorem, quot opus habuerit, induti ueſtibus deſtinatis ad eorum miniſterium, hoc eſt, Albis & Tunicis. His paratis, Clerici incipiant cantare officium Miſſæ, lingua Anglica, uel Introitum, ut uocant, hoc eſt, Pſalmum aſsignatum ad hunc diem.

Sacerdos ſtans ante altare orabit precationem Dominicam, cum hac Collecta.

Omnipotens Deus, cui omne cor patet, & cui omnes affectus animorum cogniti ſunt, & quem nihil latet, purifica cogitationes cordium noſtrorum, ut per inſpirationem ſancti Spiritus

ritus

ritus te ex animo amemus, & debita ueneratione celebremus nomen tuum sanctum, per Dominum nostrum Iesum Christum &c.

Tunc recitabit Psalmum destinatum ad Introitum Missæ huius diei, quo finito Sacerdos dicet, aut Clerici canent:

Kyrie eleyson.
Christe eleyson.
Kyrie eleyson.

Sacerdos stans ad medium altaris canet:

Gloria in excelsis Deo.

CHORVS.

Et in terra pax hominibus bona uoluntas &c.

Tunc Sacerdos conuersus ad populum, dicet:

Dominus uobiscum.

CHORVS.

Et cum Spiritu tuo.

SACERDOS.

Oremus.

Tunc sequetur Collecta de die, cum una ex his quæ subscriptæ sunt.

Omnipotens Deus, cuius regnum est æternum, & potentia infinita, miserere uniuersæ Ecclesiæ, & sic dirige cor electi serui tui, Eduardi Sexti, Regis nostri, ut cognoscat se esse tuum ministrum, & ante omnia quærat gloriam, & honorem tuum, et ut nos ei subiecti, agnoscentes eum, ut decet, à te habere imperium, fideliter ei seruiamus, eum honoremus & obsequamur ipsi cum omni submissione propter te, & iuxta præceptum & ordinationem tuam, per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum &c.

Alia Collecta.

Omnipotens æterne Deus, in cuius manu corda sunt Regum, qui es humilium consolator, & fidelium fortitudo, ac protector in te sperantium, da Regi nostro Eduardo Sexto, ut super omnia, & in omnibus te honoret & amet, & studeat ser-

uare

tare populo suæ Maiestati commisso pacem, cum omni pietate & honestate, per Christum Dominum nostrum.

His finitis, Sacerdos aut Subdiaconus legat Epistolam loco ad hoc deputato, & sic incipiat.

Epistola Sancti Pauli Apostoli, scripta ad N. N. cap. N. N.

Post Epistolam Sacerdos aut Diaconus continuo legat Euangelium, & sic incipiat:

Sanctum Euangelium, scriptum ab N. N. uel N. in N. & N. capite.

Clerici & populus respondebunt:

Gloria tibi Domine.

Post Euangelium sequetur Symbolum.

Credo in unum Deum.

Post Symbolum sequetur sermo ad populum, uel Homilia, aut pars aliqua Homiliæ, quas, Deo uolente, postea diuidemus. Quod si in sermone uel Homilia non fuerit exhortatio ad populum, de digna præparatione, & perceptione Sacramenti Corporis & Sanguinis Domini: Sacerdos utetur hac forma exhortationis ad communicantes.

Dilecti in Domino, qui constituistis communicare Corpori & Sanguini ipsius, necesse est, ut ad memoriam reuocetis, quid scripserit Sanctus Paulus Corinthijs, & quomodo exhortetur eos, ut quilibet seipsum probet, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Nam sicut magnum beneficium est, spiritualiter manducare corpus, & bibere sanguinem Christi, manere in Christo, & habere Christum in se habitantem, ac unum effici cum ipso, quod contingit illis, qui digne accedunt, id est, corde contrito, & humiliato, cum uera fide ac fiducia certa misericordiæ promissæ per Christum: Ita præsens periculum est, si indigne accedamus, quia efficimur rei Corporis & Sanguinis Domini, & ad iudicium & condemnationem manducamus, propterea quod non discernimus corpus Domini, nec ei debitum habemus honorem, sed ipsius iram & indignationem nobis accersimus, ac prouocamus eum, ut nos puniat diuersis plagis, morbis & morte. Quare si quis sit blasphemus, adulter,

flagrans ira, odio, aut reus alterius criminis, is non præsumat accedere ad Mensam Domini, nisi eum ex animo pœniteat, ac omnino constituat emendare uitam, & persuasus sit se esse reconciliatum Deo, fiducia misericordiæ propter Christū, & redeat in gratiam cum omnibus hominibus, sed ante defleat peccata sua, quam accedat, ne cum sacrosancto pane simul intret in eum Sathanas, sicut in Iuda proditore, ut eum repleat omni iniquitate, & perducat ad exitium corporis & animæ.

Quare fratres, uosipsos iudicate, ne à Domino iudicemini, eijcite ex animis studium peccandi, pœniteat uos serio præteritorum peccatorum, toto pectore confidite Seruatori nostro Christo, diligatis omnes homines ex animo, Ita enim efficiemini uere participes horum mysteriorum. Sed ante omnia necesse est, ut maxima cum humilitate, & ex corde agamus gratias Deo Patri, & Filio, & Spiritui sancto, quod redemit mundum per passionem & mortem Seruatoris nostri Iesu Christi, ueri Dei, & ueri hominis, qui se humiliauit usque ad mortem, mortem autem crucis, pro nobis miseris peccatoribus, habitantibus in tenebris, & umbra mortis. ut nos efficeret filios Dei, & hæredes uitæ æternæ. Ad hunc enim finem institutum est Sacramentum, ut semper memores essemus infiniti amoris, Magistri, & unici Mediatoris nostri Iesu Christi, & innumerabilium beneficiorum, quæ per effusionem, prætiosi sui sanguinis nobis obtinuit, & reliquit in his sacris mysterijs, quasi pignus amoris & perpetuum μνημόσυνον, suum scilicet proprium corpus, & prætiosum sanguinem, ut ex his spiritualiter pascamur, & haberemus æternam consolationem. Ei autem, unà cum Patre, & Spiritu sancto agamus gratias, ut merito debemus, & humiliemus nosmetipsos, ac subijciamus eius sanctißimæ uoluntati, & studeamus ei obsequi, in uera sanctitate & iustitia omnibus diebus uitæ nostræ.

In Cathedralibus Ecclesijs, & in alijs locis, ubi est quotidiana Communio, satis erit si legatur prædicta exhortatio semel in Mense, & in Parrochialibus Ecclesijs in alijs diebus, præter Dominicam diem, per totam Septimanam potest omitti.

Si autem populus sit negligens, & diebus Dominicis, & alijs

Festis diebus, non accedat ad Communionem, tunc Pastor serio exhortetur suos Parrochianos, ut sese præparent ad perceptionem Sacramenti, adhibita maiore diligentia, & utetur hac, uel simili forma exhortationis:

Dilecti in Domino, & uos nominatim, quorum salus animarum mihi demandata est, proximo die N. constitui, Deo uolente, offerre omnibus eis, qui ad hoc sese præparare uoluerint, Sacramentum plenum consolationis, Hoc est, corpus & sanguinem Christi, ut id percipiant in recordationem gloriosæ & salutiferæ passionis ipsius, per quē obtinuimus remissionē peccatorum nostrorum, & participes facti sumus uitæ æternę, de quibus etiā certi efficimur, si accedamus ad Sacramentū, cum uera contritiōe de peccatis nostris, et firma fiducia misericordię Dei, nobis propter Christū gratis oblatæ, ac cum certo proposito præstandi obedientiam erga præcepta Dei, & non perseuerandi in peccato. Est igitur officij uestri accedere ad Sacramentū, cum pectore pleno gratiarum actionis erga Deū Patrem omnipotentem, & Dominū nostrum Iesum Christū, pro infinita sua misericordia, & immensis beneficijs exhibitis nobis indignis seruis suis, pro quib. non solum tradidit corpus suum ad mortē, & effudit suum prętiosum sanguinē, in remissionem peccatorum nostrorum, uerum etiā dignatus est, in Sacramento seu mysterio dare suum corpus & sanguinē spiritualiter, in cibum & potū. Quod Sacramentum cū sit sacrosanctū & plenū consolationis, si digne ad id accedimus, et sit res plena periculi ad hoc indigne accedere, officij mei est, uos exhortari, ut cōsideretis iterum atque iterum rei magnitudinem, & ut exploretis, ac probetis conscientias uestras, neque hoc leuiter, aut hypocritarum more, qui Deo mentiūtur, Sed ut illi, qui debent ad diuinū & cœleste conuiuium accedere, cū ueste nuptiali, quam Christus in Euangelio requirit, ut possitis, quantum humana sinit fragilitas, inueniri digni hac cœna, ad quam hoc modo est accedendum.

Primo, ut uos ex animo pœniteat ante actæ uitæ male, & quod corde non ficto confiteamini Deo omnia peccata uestra, & ingratitudinem erga suam maiestatem, uolūtate, uerbo,

facto, aut ex infirmitate, & ignorantia, & cum dolore & lachrymis, deploretis peccata uestra, & petatis á Deo misericordiam & ueniam, promittentes ex animo, emendationem uitæ. Sed inter cætera debeo ex præcepto Dei uos commonefacere & exhortari, ut reconciliemini eis, quos offendistis, & á quibus estis offensi, eijcientes ex animis iram, odia, indignationem, aduersus eos, ut diligatis omnes, ac ignoscatis uniuersis, sicut uultis Deum uobis ignoscere. Quod si inter uos quispiam sit, cuius conscientia grauatur, aut offenditur aliqua in re, aut qui cupit consolationem & consilium, is ad me ueniat, uel ad aliquem alium doctum, & prouidum uirum, peritum in lege Domini, & confiteatur secreto suum peccatum, ut possit institui, & recipere consolationem spiritualem, qua se consoletur, & á nobis, tanquam Dei, & Ecclesiæ Domini nostri Iesu Christi Ministris, accipere absolutionem, ut conscientia sit libera ab omni dubitatione. Cæterum eos, qui suis mentibus satisfaciunt generali confessione, hortamur, ne offendantur aliorum imbecillitate, qui ut suis satisfaciant conscientijs, in aurem confitentur Sacerdoti, ac uicissim hos ipsos, qui iudicant esse utile, uti confessione priuata, ne offendantur eorum fiducia & παῤῥησία, qui sibi satisfaciunt humili ad Deum & generali ad Ecclesiam confessione, & ut utrique in omnibus huiusmodi, sequantur, et seruent regulam dilectionis Christianæ. Et quilibet uideat, ut sua sibi satisfaciat conscientia, non iudicet aliorum mentes, & actiones in his, de quibus non habet expressum uerbum Dei.

Tunc sequetur offertorium, unum ex his quæ sub scripta sunt, quod canitur interim, dum populus offert munera ad altare.

Matthæi 5. Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant uestra bona opera, & glorificent Patrem uestrum, qui in cœlis est.

Matthæi 6. Nolite thesaurizare uobis thesauros super terram, ubi erugo & tinea corrumpunt, & ubi fures effodiunt, & furantur, sed coaceruate uobis thesaurum in cœlis.

Matthæi 7. Quæcunque uultis, ut uobis faciant homines, & uos eadem facite illis.

Non

Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui fecerit uoluntatem Patris mei, qui in cœlis est. Matth. 7.

Zachæus stans, dicebat ad Dominum: Ecce, dimidium bonorum meorum do pauperibus, & si aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Lucæ 19.

Quis militat suis stipendijs unquam? Quis plantat uineam, & de fructu eius non edit? 1. Corint. 9.

Si nos uobis spiritualia seminauimus, magnum est, si nos uestra carnalia messuerimus. 1. Corint. 9.

Nescitis, quod ij, qui in sacris ministrant, de sacrificijs uiuant? 1. Corint. 9.

Qui parce seminat, parce & metit &c. 2. Corint. 9.

Qui instituitur, ministret ei, qui eum instruit de omnibus bonis. Galath. 6.

Cum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. 1. Timot. 6.

Pręcipe his, qui diuites sunt, ut prompti sint ad largiendum & distribuendum, thesaurizantes sibi ipsis thesaurum. 1. Timot. 6.

Non est Deus iniustus, ut obliuiscatur operum uestrorum. Hebræor. 6.

Beneficentiæ autem & communionis nolite obliuisci. Hebræor. 13.

Qui habuerit substantiam huius mundi, & uiderit fratrem suum &c. 1. Ioan. 3.

Harum & similium sententiarum ex Thobia, Prouerbijs, uel Psalmis, una aut plures canantur, ut tempus oblationis, & numerus offerentium postulabit.

Tempore quo canitur offertoriũ, quilibet qui communionem cupit percipere, imponet aliquid æris in ęrario pauperum.

Die autem oblationum, quilibet persoluet Pastori debitam pensionem.

Tunc communicaturi peruenient in Chorum, uel locum uicinum, uiri á dextris, mulieres á sinistris separatim, & disiuncti genu flectant, reliqui chorum egrediuntur, præter Clericos & ministros.

NB

Tunc Sacerdos tot hostias calici aut corporali imponet, quot sufficiunt communicantibus, & tantum uini, cui admiscebitur parum aquæ puræ, quantum opus est in calice, uel in pateris infundet, & collocabit in altari.

SACERDOS.	CHORVS.
Dominus uobiscum.	Et cum Spiritu tuo.
Sursum corda.	Habemus ad Dominum.
Gratias agamus Domino Deo nostro.	Dignum & iustum est.

Vere dignum & iustum est, æquum & salutare, Nos tibi semper, & ubique gratias agere, Domine sancte Pater omnipotens, æterne Deus.

Tunc sequetur propria præfatio Festi.

Die Natiuitatis.

Quia dedisti nobis Filium tuum, Dominum nostrum Iesum Christum, quem hodierna die pro nobis nasci uoluisti, Et per operationē Sancti spiritus fieri uerum hominem, ex uirgine Maria matre sua, sine labe peccati, ut nos ab omni peccato mundaret, Ideo cum Angelis & Archangelis, cum thronis &c.

Die Paschæ.

Et te quidem omni tempore, sed in hoc potissimum die gloriosius prædicare, cum Pascha nostrum immolatus est Christus. Ipse enim uerus est agnus, qui abstulit peccata mundi, qui mortem nostram moriendo destruxit, & uitam resurgendo reparauit, Ideoque cum Angelis & Archangelis &c.

Die Ascensionis.

Qui post gloriosam resurrectionem suam omnibus discipulis suis manifestus apparuit, et ipsis cernentibus est eleuatus in cœlum, ut nobis præpararet locum, & ut ubi ipse esset, istic nos ascendamus, & cū eo regnemus in gloria, Ideo cū Angelis &c.

Die Pentecostes.

Qui ascendens super omnes cœlos, sedensq; ad dexteram tuam, promissum Spiritum hodierna die in filios adoptionis effudit, qui cum subito & uehementi sonitu de cœlo descendit, & super Apostolos, in figura linguarum ardentium resedit, ut in-

duceret in omnem ueritatem, contulitq; donum linguarum, & fortitudinem confitendi, ac prædicandi Euangelium omni Nationi, ut ex tenebris erroris ad ueram lucem & cognitionem tuam, per Iesum Christũ, perueniremus. Quapropter profusis gaudijs totus in orbe terrarum mundus exultat, sed & supernæ uirtutes, atque Angelicæ potestates hymnum gloriæ tuæ concinunt, sine fine dicentes.

Dominica Trinitatis.

Qui cum unigenito Filio tuo, & Spiritu sancto, unus es Deus, unus es Dominus, non in unius singularitate personæ, sed cum Trinitate personarum, in unitate substantiæ. Quod enim de gloria tua reuelante te credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu sancto, sine differentia discretionis sentimus, quem laudant Angeli atque Archangeli, Cherubin quoque & Seraphin, qui non cessant clamare iugiter una uoce, dicentes.

Finis communis præfationum, est: Ideo cum Angelis & Archangelis, cum thronis & dominationibus, cumq; omni militia cœlestis exercitus, hymnum gloriæ tuæ canimus, sine fine dicentes.

CHORVS.

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Zebaoth. Pleni sunt cœli & terra, gloria tua, Osanna in excelsis. Benedictus, qui uenit, in nomine Domini, Osanna in excelsis.

Tunc Sacerdos, uel Diaconus, conuersus ad plebem dicet: Oremus pro statu uniuersalis Ecclesiæ, & mox hanc Orationem clara uoce, & distincte, canet, aut leget.

Omnipotens, æterne Deus, qui nos per Apostolum tuum iubes facere orationes, obsecrationes, deprecationes, & gratiarum actiones, pro omnib. hominibus, humiliter te petimus, ut clementer accipias has preces nostras, quas offerimus diuinæ maiestati tuæ supplicãtes, ut perpetuo inspires, & conserues uniuersę Ecclesiæ Spiritũ ueritatis & concordiæ, pręsta etiam, ut omnes, qui cõfitentur nomen tuũ sanctum, consentiant in fide, & uera doctrina Euangelij, & uiuant inter se, concordes in charitate.

In pri-

In primis autem te oramus, ut serues & defendas seruum tuum Eduardum Regem nostrum, ut sub ipso quietam uitam degamus, cum omni pietate & honestate. da suæ Celsitudinis consiliarijs, & uniuersis, qui Magistratum gerunt, ut sine personarum acceptione administrent iustitiam, qua uitia & nequitia puniantur & corrigantur, pietas, religio & uirtus crescant, & afficiantur dignis præmijs. Da gratiam, cœlestis Pater, omnibus Episcopis, Pastoribus, & his, qui curam gerunt animarum, ut tam uita quàm doctrina ornent ministerium Euangelij, & administrent Sacramenta iuxta institutionem Filij tui, tribue uniuerso populo gratiã tuam, ut humili animo, & qua decet reuerentia, audiant & accipiant sanctum Verbum tuum, & tibi seruiant in sanctitate & iustitia omnibus diebus uitæ. Submisse etiam te petimus propter bonitatem tuam Domine, ut consoleris & succurras omnibus, qui sunt in angustijs, doloribus, infirmitatibus, uel alijs aduersitatibus constituti. Nominatim autem tuæ clementiæ commendamus Ecclesiam hic congregatam in nomine tuo, ad celebrandam commemorationem gloriosæ mortis Filij tui. Habemus etiam & agimus tibi summam gratiam ex animo, pro mirificis donis & uirtutibus ostensis in omnibus sanctis tuis inde ab origine mundi. In primis autem in beata & gloriosa uirgine Maria, matre Filij tui Domini nostri Iesu Christi, & in sanctis Patriarchis, Prophetis, & Apostolis, ac Martyribus, quorum exempla in constantia fidei, & obseruatione mandatorum tuorum, fac nos imitari. Commendamus etiam tibi, ô Domine, reliquos omnes seruos tuos, qui ex uita hac decesserunt cum signo fidei, & nunc requiescunt in somno pacis. Concede illis, quæsumus, misericordiam tuam, & æternam pacem, ut in die uniuersalis resurrectionis, nos & omnes, qui sunt membra mystici corporis Filij tui, sistamur à dextra ipsius, ut audiamus illam suauissimam uocem: Venite ad me benedicti à Patre meo, & possidete regnum, quod uobis paratum est à principio mundi. Hæc præsta per Filium tuum, Dominum nostrum Iesum Christum, unicum Mediatorem & Aduocatum nostrum. O cœlestis Pater, qui ex immensa

miseri-

misericordia tua dedisti nobis unicum Filium tuum, Iesum Christum, ut moreretur pro nostra redemtione in cruce, isticq; illa unica oblatione, qua sese obtulit, perfectum, plenum, & sufficiens sacrificium, ac integram satisfactionem faceret pro peccatis totius mundi, quiq; instituit, ac in suo sacrosancto Euangelio præcepit, ut celebremus perpetuam memoriam pretiosæ mortis suę, usque dum rediret ad iudicium: Exaudi nos, quę sumus, misericors pater, et cum tuo sancto Spiritu, et uerbo, Et dignare benedicere & sanctificare hæc dona, & creaturas tuas, panis, & uini, ut nobis fiant corpus, & sanguis dilecti Filij tui, Domini nostri Iesu Christi, qui in illa nocte, qua traditus fuit, accepit panē, & cū benedixisset, & egisset gratias, fregit, & dedit discipulis suis, dicens: Accipite & manducate, hoc est corpus meum, quod pro uobis datur, hoc facite in meam commemorationem. Simili modo, posteaquam cœnatum est, accepit calicem, & cum egisset gratias, dedit illis dicēs: Bibite ex eo omnes, Est enim sanguis meus noui Testamenti, qui pro uobis, et multis effunditur, in remissionem peccatorum. Hoc facite, quotiescunque biberitis, in mei commemorationem.

Hæc dicantur sine eleuatione aut ostensione Sacramenti.

Quapropter, ô Domine cœlestis Pater, iuxta institutionem dilecti Filij tui, Domini nostri Iesu Christi, nos humiles serui tui celebramus, & memoriam facimus coram diuina Maiestate tua, cum his donis tuis sanctificatis, quam uoluit Filius tuus nos facere, commemorantes, & ad memoriam reuocantes benedictam passionem, potentem resurrectionem, & gloriosam ascensionem ipsius, Gratias tibi, quantas possumus ex animo agentes, pro innumeris beneficijs nobis per hæc exhibitis, petentes paternam bonitatem tuam, ut clementer accipias hoc sacrificium nostrum gratiarum actionis, humiliter obsecrantes, ut cōcedas per merita, & mortem Filij tui Iesu Christi, & per fidem in sanguinem ipsius, ut nos cum uniuersa Ecclesia accipiamus remissionem peccatorum, & omnia alia beneficia suæ passionis. Offerimus etiam & præsentamus tibi Do-

mine, nos ipsos, animas nostras, & corpora, hostiam rationalem, uiuam, & sanctam, postulantes, ut quicunque participes fuerint huius sacrosanctæ communionis, digne percipiant preciosum corpus & sanguinem Filij tui Domini nostri Iesu Christi, & impleantur gratia tua, benedictione cœlesti, ut sint unum corpus cum Filio tuo Iesu Christo, & ipse in illis, & illi in ipso maneant. Etsi autem sumus indigni, qui offeramus tibi hostiam aliquam, propter multitudinem peccatorum nostrorum, tamen petimus, ut acceptam habeas hanc nostram debitam seruitutem, & has nostras preces & supplicationes iubeas perferri ministerio sanctorum Angelorum tuorũ, in conspectũ diuinę Maiestatis tuę, non respectu meritorum nostrorum, sed condonando offensas nostras, per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem, & cum quo, in unitate sancti Spiritus, sit tibi omnis honor, & gloria, per omnia secula seculorum, Amen.

Oremus.

Præceptis salutaribus moniti, & diuina institutione formati, audemus dicere: Pater noster, qui es in cœlis, Sanctificetur nomen tuum &c.

Chorus respondeat:

Sed libera nos à malo.

Sacerdos. Pax Domini sit semper uobiscum.

Chorus. Et cum Spiritu tuo.

Sacerdos.

Christus noster agnus paschalis, oblatus est semel pro omnibus, quando pertulit peccata nostra in corpore suo super lignum crucis. Ipse enim uerus est ille agnus Dei, qui tollit peccata mundi, Quare Festum cum gaudio celebremus.

Hic Sacerdos conuersus ad confitentes, dicet:

Vos, quos serio pœnitet de peccatis uestris coram Deo, & reconciliati estis proximis, ac diligitis omnes homines ex animo, & constituistis posthac ducere uitam uestram iuxta præcepta Dei, Accedite huc propius, ut percipiatis Sacramentum, ad

uestram consolationem, confitemini humiliter peccata uestra Deo, & Ecclesiæ hic congregatæ in nomine ipsius.

Tunc fiet generalis confessio nomine eorum, qui uolunt communicare, uel per eorum aliquem, uel per unum ex Ministris altaris, uel per ipsum Sacerdotem, omnibus interim flectentibus genua.

Omnipotens Deus, pater Domini nostri Iesu Christi, conditor omnium rerum, & iudex uniuersorum mortalium, nos confitemur, & deploramus nostra multiplicia peccata, & innumeras iniquitates, quas subinde per omnem uitam contumaciter designauimus cogitatione, uerbis, facto, contra diuinam Maiestatem tuam, prouocantes iustissimam iram & indignationem tuam aduersus nos, uere enim ex animo dolemus, & serio nos pœnitet de peccatis nostris, eorum commemoratio est nobis acerbissima, illorum grauitatem ferre non possumus, Miserere nostri, misericordissime pater, propter Filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum, condona nobis peccata præterita, & benigne concede, ut semper posthac seruiamus, & placeamus tibi, in nouitate uitæ, ad laudem & gloriam nominis tui, per Dominum nostrum Iesum Christum.

Tunc eriget se Sacerdos, & conuersus ad populum, sic loquetur.

Dominus noster Iesus Christus, qui suam potestatem dedit Ecclesiæ, ut absoluat pœnitentes à peccatis ipsorum, & reconciliet cœlesti patri eos, qui suam fiduciam collocant in Christum, misereatur uestri, remittat & condonet uobis omnia peccata uestra, confirmet & corroboret uos in omni opere bono, & perducat ad uitam æternam.

Sic stans conuersus ad populum dicet: Audite quo modo Christus ad se inuitat peccatores, et eos consoletur uerbis omni consolatione plenissimis.

Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego uos requiescere faciam. Sic Deus dilexit mundum, ut Filium

suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat uitam æternam.

Audite etiam, quid Sanctus Paulus dicat:

Fidelis sermo, & omni obseruatione dignissimus, Christus Iesus uenit in hunc mundum, ut saluos faceret peccatores.

Et Ioannes inquit:

Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem, Iesum Christum iustum, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris.

Tunc genu flectet Sacerdos, & nomine eorum, qui uolunt communicare, sic orabit genibus flexis:

Non audemus accedere ad hanc Mensam tuam, ô misericors Domine, fiducia iustitiæ nostræ, sed in multitudine miserationum tuarum, Neque enim sumus digni, ut colligamus micas de Mensa tua, Sed tu es ille idem Dominus, cuius semper proprium fuit misereri. Concede igitur, misericors Domine, ut sic edamus carnem Filij tui, & bibamus eius sanguinem in his sacris mysterijs, ut perpetuo habitemus in eo, & ipse in nobis, ut nostra corpora, peccatis inquinata, munda fiant, perceptione sacratissimi corporis sui, & nostræ animæ lauentur pretioso sanguine suo, Amen.

Tunc surget Sacerdos, populo adhuc genu flectente, & communicabit ipse primo sub utraque specie, & deinde ministri, ut possint eum iuuare in communicando populo, & cum exhibet Sacramentum corporis, utatur hac forma orationis:

Corpus Domini nostri Iesu Christi, quod traditum est pro te, conseruet corpus tuum, & perducat animam tuam ad uitam æternam.

Et cum porrigit Sacramentum sanguinis sic orabit:

Sanguis Domini nostri Iesu Christi, qui pro te effusus est, conseruet animam tuam ad uitam æternam.

Si affuerit Diaconus, aut alter Sacerdos, is priorem qui porrigit corpus Domini, sequatur cum calice, quem continuo exhibeat.

Tempore communionis cantet Chorus.

2. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

Post communionem canatur:

1 Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Matth.16.

Qui perseuerauerit in finem, hic saluus erit. Matth.13.

Benedictus Dominus Deus Israelis, qui uisitauit, & fecit, redemtionem plebis suae. Quare in sanctitate, & iustitia seruiamus illi, omnibus diebus uitae nostrae. Lucae 1.

Beatus seruus ille, quem cum uenerit Dominus eius, inueniet uigilantem. Lucae 12.

Vigilate igitur, quia qua hora non putatis, filius hominis uenturus est. Lucae 11.

Seruus sciens uoluntatem Domini sui, & non faciens, plagis uapulabit multis. Lucae 12.

Venit hora, & nunc est, quando ueri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & ueritate. Ioan. 4.

Ecce, sanus factus es, noli amplius peccare, ne deterius tibi contingat. Ioan. 5.

Si uos in sermone meo manseritis, uere discipuli mei eritis, & cognoscetis ueritatem, & ueritas liberabit uos. Ioan. 8.

Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filij lucis sitis. Et similes sententiae in Euangelio & Epistolis Pauli huc adscribi possunt. Ioan. 12.

Tunc Sacerdos conuersus ad populum orabit:

Dominus uobiscum.

CHORVS.

Et cum Spiritu tuo.

SACERDOS.

Oremus.

Diuinis refecti mysterijs, & spiritualibus saciati Sacramentis,

tis corpore & sanguine Filij Domini nostri Iesu Christi, agimus tibi gratias, quod horũ participatione, certos nos reddere uoluisti, de gratia tua, et remissione peccatorum, & quod simus uera membra corporis sui mystici, hoc est, communionis Sanctorum, & Ecclesiæ omnium fidelium, & hæredes secundum spem uitæ æternæ, per merita passionis dilectissimi filij tui. Petimus igitur, ut per gratiam tuam in hac communione Sanctorum, & bonis operibus, quæ præparasti, ut in illis ambularemus, perpetuo perseueremus, per Dominũ nostrum Iesum &c.

Tunc Sacerdos conuersus ad populum, orabit.

Et pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, conseruet corda uestra, & mentes uestras, in cognitione, & amore Dei, & Filij sui Domini nostri Iesu Christi.

Cui populus respondebit, Amen.

Vbi non sunt cantores, dicantur omnia, non canantur. In diebus per Septimanam, & cum celebratur communio in priuatis ædibus possunt omitti: Gloria in excelsis Deo, Credo, Homilia, Exhortatio, & sic incipiatur:

Dilecti in Domino, ut supra &c.

Sequuntur Collectæ dicendæ post Offertorium, quando non adsunt communicantes.

Adesto supplicationibus nostris, misericors Deus, & uiam famulorum tuorum, in salutis tuę prosperitate dispone, ut inter omnes huius uitæ uarietates, tuo semper protegantur auxilio, per Dominum nostrum Iesum Christum.

Dirigere, sanctificare, dignare Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus hodie corda, & corpora nostra in lege tua, & operibus mandatorum tuorum, ut hic, & inæternum, te auxiliante, semper salui esse mereamur, per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum.

Actiones nostras, quæsumus Domine, aspirando prœueni, & adiuuando prosequere, ut cuncta nostra operatio a te semper incipiat, & per te cœpta finiatur.

Omni-

Omnipotens Deus, qui promisisti, te auditurum preces eorum, qui in nomine Filij tui postulant, aures tuas clementer precibus nostris accommoda, & præsta, ut quæ fideliter à te petimus, efficaciter consequamur, per Dominum nostrum.

Pro pluuia.

Deus, qui quærentibus regnum tuum & iustitiam eius promisisti daturum te illa, quæ ad hanc corporalem uitam commoda sunt, pluuiã quæsumus, nobis tribue congruentem, ut præsentibus subsidijs sufficienter adiuti, sempiterna fiducialius appetamus, per Dominum nostrum.

Pro Serenitate.

Deus, qui pro peccatis hominum mundum diluuio semel obruisti, exceptis octo personis, quæ in arca sunt seruatæ, & promisisti, te nunquam postea aquis perditurum homines, supplices petimus, ut quamuis peccata nostra merentur hanc pluuiarum tempestatem, tamen cum nos ad te conuertimus, tu te ad nos conuertas, & des nobis aeris serenitatem, & temperiem, ut fruges, & fructus terræ, oportuno tempore percipiamus, ut ex pœnis discamus uitæ nostræ emendationem, & exaudita petitione glorificemus tuam misericordiam, per Dominum.

Rubrica.

Diebus Mercurij, & Veneris, Letania Anglica canatur, uel dicatur omnibus locis, sicut à Serenissimo Rege est præscriptũ. Cum autem non adsunt communicantes, tamen diebus dictis, post Letaniam Sacerdos indutus Alba, aut linea, cum Cappa, recitabit ea, quæ in cœna Domini recitari solent, usque dum perueniat ad Offertorium. Tunc enim post unam aut alteram Collectam, dimittet populum, cum benedictione consueta.

Nusquam celebretur cœna Domini, uel Missa, (ut uocatur) sine communicantibus.

In illis autem locis, in quibus populus non consueuit persoluere precium panis benedicti singulis Dominicis, prospiciendum est de sumtibus ad communionem, & ut plebs istic communicet, alioqui desertis illis Capellis, accurrant ad Parrochiã. Vt au-

Vt autem uitetur omnis occasio dissensionis per uniuersum Regnum, Hostia erit eiusdem materiæ, figuræ & formæ, qua prius fuit, sine ullo charactere impresso, sed aliquanto latior & spissior, ut possit diuidi commode in partes. Quælibet enim ad minimum in duas partes scindetur, priusquam distribuatur, Nemo tamē minus cum parte se putet recipere, quam cum tota.

Quia autem Parrochi suo sumtu cœnam instruunt pane, & uino, constitutum est, ut populus singulis Dominicis offerat, dum canitur Offertorium, pretium solitum persolui pro pane benedicto, cum alijs debitis & consuetis oblationibus pecuniarum, & aliarum rerum, ad conseruationem ministerij, & usum ministrorum.

Vt autem Cœna Domini reuocetur, quantum fieri potest, ad primam institutionem & morem primitiuæ Ecclesiæ, constitutum est, ut in omnibus cathedralibus Ecclesijs & Collegijs, aliqui cum Sacerdote communicent. Parrochi autem significabunt familijs, quas ordo tangit, ut offerant pretium solitum persolui pro pane benedicto, & ut se parent ad communionem.

Caueat autem sacerdos, ne per Septimanam celebret, sine communicantibus.

Præterea, quilibet ex mandato Dei, & Serenissimi Domini nostri Regis, debet interesse sacris concionibus, & precationibus, in sua propria Parrochia, & istic audire cum silentio, & ea qua decet reuerentia, publicum ministerium, ac orare, & semel ad minus in anno accedere ad Sacramentum, & persoluere ea, quæ debet Pastori, & ministris Ecclesiæ, Quod si quis sciens & uolens, sine iusta caussa emanserit, aut turbauerit cœtum Ecclesiasticum, & offenderit alios, is conuictus excommunicetur, aut puniatur iuxta arbitrium iudicum in Ecclesia.

Etsi autem in autenticis scriptoribus inueniatur, populum multis annis post Apostolos accepisse panem, & poculum in proprijs manibus, & nullum extet præceptum Christi in contrariam sententiam: Tamen, quia etiam legitur, eos sæpe clam subtraxisse Sacramētum de Mensa Domini, & secum domum detulisse, & abusos eo ad superstitionem & impietatem. Pro-

pter

pter hæc pericula cauenda, & uniformem modum per totum Regnum obseruandum, commodissimum uidetur, ut populus accipiat Sacramentum corporis, & sanguinis Domini, de manu Sacerdotis.

LETANIA. ET SVFFRAGIA.

CANTORES.	CHORVS.
2. Pater de cœlis Deus. 2. Fili redemtor mundi Deus 2. Spiritus sancte Deus, ab utroque procedens Sancta Trinitas unus Deus.	Miserere nobis.
Ne memineris Domine iniquitatum nostrarum, uel parentum nostrorum, neque uindictam sumas de peccatis nostris.	Parce nobis Domine.
Parce Domine, parce populo tuo, quem redemisti pretioso sanguine tuo, & ne in perpetuum irascaris nobis.	
Ab omni peccato, infortunio, & malo, ab insidijs Diaboli, ab ira tua, & æterna damnatione	Libera nos Domine.
A cœcitate cordis, superbia, ambitione, hypocrisi, ira, odio, malitia & discordia.	Libera nos Domine.
A fornicatione, & alijs omnibus peccatis mortalibus, & á tentationibus carnis, mundi, & Diaboli.	Libera nos Domine.
A fulgure, & tempestate, á plaga & pestilentia, bello, latrocinio, & subita morte.	Libera nos Domine.
A seditione, & conspiratione, á tyran-	

O nide

CANTORES.	CHORVS.
nide Epiſcopi Romani, a falſis, & Hæreticis dogmatibus, & duritia cordis, & contemtu uerbi, & mandati tui.	Libera nos Domine.
Per myſterium ſanctæ incarnationis, natiuitatis, circumciſionis, Baptiſmi, ieiunij & tentationis tuæ.	Libera nos Domine.
Per Agonem, & ſanguineum ſudorem, per crucem, et paſsionē, per pretioſam mortem, & ſepulturā, per glorioſam reſurrectionem, & aſcenſionē in cœlos, & aduentum Spiritus ſancti.	Libera nos Domine.
In tempore tribulationis & proſperitatis, in hora mortis, & in die iudicij.	Libera nos Domine.
Peccatores, te rogamus audi nos, ut Eccleſiam tuam ſanctam Catholicam, regere, & gubernare digneris.	Te rogamus audi nos.
Vt regem noſtrum Eduardum Sextum, regere, & gubernare digneris.	Te rogamus audi nos.
Vt mentē Celſitudinis ſuæ ad fidem, timorem, et amorem tuū, et ut in omnibus tuum honorem & gloriā tuam quærat & promoueat, dirigere uelis.	Te rogamus audi nos.
Vt eū cuſtodire & defendere, & ei uictoriā cōtra omnes ſuos hoſtes dare digneris.	Te rogamus audi nos.
Vt Epiſcopos, Paſtores, & miniſtros Eccleſię, illuminare uera cognitiōe &, recto intellectu uerbi tui, & ut tam doctrina, quàm uita promoueant illud.	Te rogamus audi nos.
Vt conſiliarios Regis & Regni, & totam nobilitatem gratia, ſapientia, & intellectu illuſtrare digneris.	Te rogamus audi nos.
Vt magiſtratui noſtro benedicere, eiq́; gratiam cōferre, ut exequatur iuſtitiam, & cuſtodiat ueritatem.	Te rogamus audi nos.

CANTORES.	CHORVS.
Vt populo tuo uniuerso benedicere, eum- que seruare digneris.	Te rogamus au- di nos.
Vt omnibus Christianis pacem & con- cordiam donare digneris.	Te rogamus au- di nos.
Vt mentes nostras ad uerum amorem, & amorem tuum inclinare uelis.	Te rogamus au- di nos.
Vt populo augmentum gratię dare, ut uer bum tuum diligenter audiat, & puro corde amplectatur, & fructus spiritus proferat.	Te rogamus au- di nos.
Vt errantes & deceptos in uiam ueritatis reuocare digneris.	Te rogamus au- di nos.
Vt stantes confirmare, imbecilles sustenta re, & cadentes erigere, ac Sathanam sub pedibus eorum conculcare uelis.	Te rogamus au- di nos.
Vt defendas, iuues, consoleris omnes in periculis, necessitatibus & tribulatio- nibus constitutos.	Te rogamus au- di nos.
Vt peregrinantibus, terra mariq́;, partu- rientibus, & infantibus, captiuis, & in carceratis succurrere uelis.	Te rogamus au- di nos.
Vt pupillis, & orphanis, uiduis, desolatis, & oppressis prospicere digneris.	Te rogamus au- di nos.
Vt omnibus hominibus miserearis.	Te rogamus audi nos.
Vt inimicis et persecutoribus nostris igno scas, & eorum corda ad pœnitentiam conuertere uelis.	Te rogamus au- di nos.
Vt fructus terræ dare, & conseruare di- gneris.	Te rogamus au- di nos.
Vt pœnitentiam & remissionem peccato- rum, gratiam sancti Spiritus, emenda tionem uitæ nobis donare digneris.	Fili Dei te roga- mus audi nos.
℟. Agne Dei qui tollis peccata mundi.	Miserere nobis.

O ij Agne

Agne Dei, qui tollis peccata mundi Dona nobis pacem.

Kyrie
Christe Eleyson.
Kyrie

Pater noster qui es in cœlis &c.
Sed libera nos á malo.

Domine, non secundum peccata nostra facias nobis.
Neque secundum iniquitates nostras retribue nobis.

Oremus.

Deus, qui contritorum non despicis gemitum, & merentium non spernis affectum, adesto precibus nostris, quas tibi pro tribulatione nostra effundimus, easq; clementer suscipere dignare, ut quicquid contra nos Diabolicæ atque humanæ moliuntur aduersationes, ad nihilum redigatur, & consilio tuæ pietatis allidatur, ut nullis insectationibus læsi, in Ecclesia tua sancta tibi gratias referamus, per Dominum nostrum.

Exurge Domine & adiuua nos.
Et libera nos propter nomen sanctum tuum &c.

Deus auribus nostris audiuimus, patres nostri annunciauerunt nobis, opus quod operatus es in diebus eorum, in diebus antiquis.

Exurge Domine adiuua nos.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, Sicut erat in principio &c.

Ab inimicis nostris libera nos Christe.
Respice clementer afflictiones nostras.
Aspice dolorem cordis nostri.
Propicius esto peccatis populi tui.
Benigne audi orationem nostram.
O fili Dauid miserere nobis.
Et nunc & semper dignare audire nos Christe.
Christe audi nos.
Exaudi nos clementer Domine Iesu Christe.

Osten de

Ostende nobis Domine misericordiam tuam.
Et salutare tuum da nobis.

Oremus.

Infirmitates nostras, quæsumus Domine, benigne respice, & propter gloriam nominis tui mala omnia, quæ iuste pro peccatis nostris meremur, à nobis clementer auerte, & præsta, ut in cunctis aduersitatibus omnem nostram fiduciam collocemus in misericordia tua, & tibi semper in puritate uitæ seruiamus, per Dominum.

Omnipotens Deus, qui dedisti nobis gratiam tuam, ut nunc tibi unanimes supplicemus, & promisisti, te auditurum duos uel tres, congregatos in nomine tuo, petimus, ut uota & preces seruorum tuorum, ut eorum saluti expedit, perficias, & præsta nobis in hac uita ueram tui cognitionem, & in futura uitam æternam, per Dominum nostrum.

DE PVBLICA ADMINISTRAtione Baptismi.

Apparet ex ueteribus Scriptoribus, ijsq; autenticis, quod Sacramentum Baptismi duobus tantum temporibus in anno publice ministratum sit, præsente tota Ecclesia, scilicet Paschæ, & Pentecostes diebus. Quæ consuetudo nunc abrogata, cum non posset commode restitui, propter multas causas, uisum tamen est nobis, ut quam proxime ad eam accedamus. Admoneatur igitur populus, ut tantum diebus Dominicis, & Festis debeat offerre pueros Baptisandos, & ut tota Ecclesia testari posit, eos esse receptos in numero fidelium, & ut omnes in Ecclesia admoneantur, quid singuli sint polliciti in Baptismo. Quare etiam utile est, Sacramentum Baptismi Anglica lingua exhibere, & nihilominus, quoties necessitas postulat, pueri aut in templo, aut etiam domi baptisari debent.

Cum die Dominico fuerint baptisandi, aut alio die Festo, parentes puerorum significabunt hoc pridie, aut ipso die statim post Matutinas Sacerdoti. Tunc etiam susceptores, & po-

pulus aderunt ante ostium templi, tempore quo canitur canticum postremum ad Matutinas, uel ad Vesperas, quemadmodum ipsis significatum fuerit à Pastore, Is primum rogabit, an puer sit baptisatus, nec ne, Si responderint, Non, Tunc sic ordietur:

Charissimi fratres, cum omnes homines concipiantur & nascantur in peccato, & nemo natus in peccato possit ingredi regnum Dei, nisi regeneratus fuerit, ex aqua & Spiritu sancto, uos oro, ut inuocetis Deum Patrem, per Filium suum Dominum nostrum Iesum Christum, petatisque ab ipso, ut ex infinita misericordia concedat pueris istis id, quod per naturam accipere non possunt, hoc est, ut baptisentur Spiritu sancto, & recipiantur in sanctam Ecclesiam Christi, & efficiantur uiua membra eiusdem.

Tunc dicat Sacerdos: Oremus.

Omnipotens æterne Deus, qui ex iustissima ira propter peccata hominum obruisti aquis diluuij, uniuersum genus humanum, exceptis octo hominibus, quos ex immensa misericordia seruasti in Arca Nohæ, quique in mari rubro, submerso Pharaone, & uniuerso exercitu suo, reduxisti filios Israel, inter stantes utrinque aquas, & per hæc miracula adumbrare uoluisti Sacrosanctum Baptismum, ac sanctificasti Baptismo Filij tui, flumen Iordanis, & omnes in uniuersum aquas, ad mysticam ablutionem peccatorum, oramus te, ut propter infinitam misericordiam tuam uelis clementer respicere pueros istos, eosque Spiritu tuo sancto sanctificare, ut per salutare lauacrum regenerationis, quicquid inest illis peccati, abluatur, & liberati ab ira tua, recipi possint in Ecclesiam Filij tui, & seruari ab exitio, fiantque spiritu feruentes, constantes in fide, spe gaudentes, in charitate radicati, semperque seruiant tibi, & ad extremum perfruantur æterna uita, cum omni tuo populo electo, per Dominum nostrum Iesum Christum.

Hic petat Sacerdos de nomine pueri, quo indicato à Patrinis, imprimat signum ✠ fronti & pectori pueri, dicens:

N. puer,

N. puer, recipe signum sanctæ crucis ✠ tam in fronte, quàm in pectore, in testimonium, quod non pudefias confiteri fidem in Christum crucifixum, & uiriliter pugnes sub ipsius uexillo contra peccatum, mundum, & Diabolum, & perseueres fidelis miles & seruus, usque ad finem uitæ, Amen.

Idem faciat singulis pueris baptisandis.

Oremus.

Omnipotens æterne Deus, protector omnium in te sperantium, & omnium ad te confugientium fortitudo, uitaque omnium, qui in te confidunt, & resurrectio mortuorum, te inuocamus super hos infantes, ut uenientes ad sacrosanctum Baptismum, recipiant remissionem peccatorum spirituali regeneratione, recipe hos Domine, Et sicut promisisti per dilectum Filium tuum, dicens: Petite, & accipietis, quærite, & inuenietis, pulsate, & aperietur uobis: Ita da nobis, ut id accipiamus, quod petimus, inueniamus, quod quærimus, aperi nobis qui pulsamus, ut infantes isti perfruantur æterna benedictione cœlestis lauacri, & perueniant ad æternum regnum tuum, quod promisisti nobis, per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum.

Tunc Sacerdos respiciens pueros, dicat:

Præcipio tibi immunde Spiritus in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, ut exeas & discedas à pueris istis, quos Dominus noster Iesus Christus dignatus est uocare ad sacrosanctum Baptismum suum, ut sint membra Ecclesiæ suæ sanctæ, Quare maledicte Spiritus, memor esto iudicij, & damnationis tuæ, memineris adesse diem, quo æterno igne cum omnibus angelis tuis cruciaberis, nec præsumas posthac exercere tyrannidem tuam in pueris istis, quos Christus redemit pretioso sanguine suo, & per Sacrosanctum Baptisma uocauit, ut sint pars gregis sui.

Hic dicet Sacerdos.

Dominus uobiscum.

POPVLVS.

Et cum Spiritu tuo.

SACERDOS.

Audite sanctum Euangelium secundum Marcum: Illo tempore attulerunt pueros ad Iesum, ut imponeret eis manus. Discipuli autem prohibebant, Quod cum uideret Iesus, irascebatur, & dicebat ad illos: Sinite paruulos uenire ad me, & nolite eos prohibere, Talium est enim regnum Dei. Amen dico uobis, quicunque non receperit regnum Dei, sicut paruulus, non intrabit in illud, Et cum sustulisset eos in ulnas, imposuit eis manus, & benedixit illis.

Finito Euangelio, subiunget hanc breuem exhortationem.

Hic auditis Christum præcipere, ut ad se adducantur pueri, & quomodo obiurgauerit eos, qui hoc prohibebant, & inuitarit omnes, ad imitandum eorum innocentiam. Intelligitis etiam, quod externo gestu declarauerit suam erga illos uoluntatem diuinam. Nam amplexus est eos, & imposuit ipsis manus, ac benedixit. Quare nihil dubitate, sed certo statuite, quod ad eundem modum uelit clementer complecti hos pueros, & dare illis æternam uitam, ac participes facere regni Dei. Cum igitur simus persuasi de beneuolentia æterni Patris, erga hos pueros, declarata nobis per Filium suum Iesum Christum, & nihil dubitemus, quin approbet benigne hoc opus charitatis nostræ, in offerendis pueris istis sacrosancto baptismati suo: Agamus illi ex animo gratiam, & precemur Dominicam orationem, ac articulos Symboli recitemus.

Pater noster, qui es in cœlis, Sanctificetur nomen tuum &c.

Credo in Deum Patrem omnipotentem creatorem cœli & terræ &c.

Tunc orabit Sacerdos.

Omnipotens æterne Deus, cœlestis Pater, agimus tibi gratias, quod dignatus sis nos uocare ad cognitionem gratiæ tuæ, & fidei, quæ est in te, auge & confirma hanc fidem semper in nobis, da Spiritum sanctum infantibus istis, ut denuo nascantur, ac sint hæredes uitæ æternæ, per Dominum nostrum Iesum Christum.

Tunc Sacerdos, apprǣhensa dextera pueri unius, quem alij sequentur, ingrediatur in Ecclesiam, & accedat ad Baptisterium, dicens:

Dignetur Dominus te recipere in domo sua sancta, & conseruare, ac gubernare te in eadem, ut peruenias ad uitā æternam.

Sacerdos stans ad fontem Baptismi, alloquetur Patrinos hoc modo:

Adduxistis charissimi hos pueros baptisandos, & orastis Christum, ut uelit hos recipere, imponere eis manus, benedicere, & dare ipsis remissionem peccatorum, & uitam æternam. Audiuistis etiam, quod Christus in Euangelio promiserit, se facturum esse illa quæ petitis, id quod, quantum ad eum attinet, certo certius præstabit. Oportet igitur infantes istos uerbis polliceri uestris, qui pro ipsis spondetis, quod uelint abrenunciare Sathanæ, & omnibus ipsius operibus, & constanter credere Euangelio, & obedire præceptis Dei.

Tunc Sacerdos nominatim ex puero baptisando perquiret:

N. Puer, Abrenuncias Sathanæ, & omnibus operibus suis.

PATRINI.

Abrenuncio.

SACERDOS.

Abrenuncias uanæ gloriæ mundi, & noxijs cupiditatibus ipsius?

PATRINI.

Abrenuncio.

SACERDOS.

Abrenuncias concupiscentijs carnis?

PATRINI.

Abrenuncio.

SACERDOS.

Credis in Deum Patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ?

RESPONSIO.

Credo.

MINISTER.

Credis in Iesum Christum Filium eius unicum, Dominum nostrum, qui conceptus est de sancto Spiritu &c.

RESPONSIO.

Credo.

MINISTER.

Credis in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicam, communionem Sanctorum, remissionem peccatorũ &c.

RESPONSIO. Credo.

MINISTER.

Quid petis?

RESPONSIO.

Baptismum.

MINISTER.

Vis baptisari?

RESPONSIO. Volo.

Tunc Sacerdos accipiet puerum in manibus, & postulato ipsius nomine, ter merget eum in aqua: Primo tingatur dextro latere: Deinde sinistro: Tertio tingatur uersa facie pueri ad fontem, ita tamen ut prouide fiat, cum his uerbis:

N. ego te baptiso, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.

Si fuerit autem puer imbecillis, sat erit infundere super ipsum aquam. Patrini autem imponent manus puero, & Sacerdos induet eum linea ueste, dicens:

Accipe uestem candidam in signum innocentiæ, quæ per gratiam Dei, in hoc Sacramento tibi confertur, & pro Symbolo, quo admoneris innocuæ uitę, quam diu uiues, ut post hanc uitam, particeps sis uitæ æternæ, Amen.

Tunc Sacerdos recitabit hanc exhortationem:

Cum pueri uestris uerbis renunciauerint Diabolo, & promiserint se credituros esse Euangelio, & præstituros obedientiam erga legem Dei, meminisse debetis ad officium uestrum pertinere

tinere

tinere, ut curetis pueros istos institui, quam primum idonei fuerint ad discendum, quam solenne uotum ediderint, & qualem professionem, ac ut Paulus ad Timotheum ait καλὴν ὁμολογίαν, coram multis testibus, per uos sunt professi, Et ut hæc melius intelligant, curabitis ut intersint sacris concionibus, & inprimis ut discant Symbolum Apostolorum, & precationem Dominicam, & Decalogum lingua Anglica, & cætera quæ necessaria sunt ad fidem & salutem. Curabitis etiam eos educari in Christiana disciplina, ut ducant uitam suæ professioni congruentem, & meminerint Baptismum significare perpetuam pœnitentiam, & mortificationem ueteris hominis, qui cum Christo crucifixus est, & resurrectionem ad nouam uitam Spiritualem, in iustitia & sanctitate, omnibus diebus uitæ nostræ.

Sacerdos iubeat lineam, qua puer in Baptismo induitur, referri tempore purificationis matris pueri, et ut quam primum didicerint Catechismum adduci ad Episcopum, ut ab eo confirmetur, & sic dimittat populum.

DE BAPTISATIS IN DOMIbus priuatis.

Admoneatur populus, ne differat Baptismum infantum, ultra Dominicum aut Festum diem proximum post partum, sine necessaria causa, quā pastor approbet. In casu necessitatis, exhibeatur Sacramentū Baptismi in priuatis domibus, hoc modo.

Primo, qui adfuerunt dicant orationem Dominicam, si tempus ferat, tunc unus nomen imponet Infanti, & merget in aquam, uel infusa aut insperfa super eum aqua, dicat:

N. ego baptiso te, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.

Nemo autem dubitet, quin hi sint uere baptisati, aut præsumat hos denuo baptisare in templo.

Et nihilominus ille, qui hac ratione baptisatus est, offeratur Sacerdoti, ut is inquirat, utrum sit uere baptisatus, nec ne, Quod si ij, qui afferunt, dixerint eum esse baptisatum, Tunc Sacerdos interroget: Per quem tandem? Qui fuerunt præsentes? Vtrum inuocarunt Deum, dicta Dominica

prece? Quæ fuerit materia? quæ forma Baptismi? Vtrum uere credant eum esse baptisatum?

Si probantur Parrocho omnia, recipiat infantem ut baptisatum, & sic dicat:

Ego uos certos reddo, quod recte feceritis baptisando hũc puerum, qui cum natus fuerit in peccato originis, nunc per lauacrum regenerationis effectus sit filius Dei, & hæres uitæ æternæ, Nam Christus non abigit, sed dulcissime inuitat ad se infantes, ut docet Euangelium, his uerbis:

Illo tempore adduxerunt pueros ad Iesum, ut imponeret illis manus &c. ut supra.

Post Euangelium sequatur exhortatio.

Hic auditis charissimi, Christum mandasse &c. ut suprà, mutato tantum tempore præsenti in præteritum, & pro, uelit complecti, legatur, sit complexus, & pro dare, dederit &c.

Tunc Minister oret Dominicam orationem.

Et interrogabit Patrinos pueri: Abrenuncias Sathanæ?

Respondebunt:

Abrenuncio &c. Sicut supra in Baptismo publico, usque dum absolutum fuerit Symbolum. Tunc omisso Baptismate, induet puerum linea, dicens: Accipe uestem candidam, in signũ innocentiæ &c. ut supra.

Item.

Omnipotens æterne Deus, cœlestis Pater, agimus tibi gratias, quod dignatus sis &c. mutato tantum plurali in singularem, infanti isti, pro infantibus istis.

Recitabit etiam exhortationem ad Patrinos, ante præscriptam, quæ sic incipit: Cum puer uestris uerbis abrenunciauerit Diabolo &c.

Sed cum ij, qui domi puerum baptisarunt, non respondent Sacerdoti sufficienter ad Quæstiones supra commemoratas, tunc Sacerdos obseruato ordine pręscripto in publica Baptismi administratione, tinget infantem his uerbis: Si tu non es ante baptisatus, ego te baptiso, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.

Aqua Baptisterij renouetur singulis mensibus, & benedicatur his precibus:

O misericors Deus, Pater Domini & Seruatoris nostri Iesu Christi, qui creasti Elementum aquæ ad regenerationem fidelium populorum, super quo in Iordane Baptisato descendit Spiritus sanctus in specie columbæ. Emitte quæsumus eundem Spiritum, ut nobis adsit, & nostram inuocationem factam in nomine suo exaudiat, Sanctifica ✠ hunc fontem Baptismi, tu qui omnia sanctificas, ut omnes hic baptisati potentia uerbi tui regenerentur Spiritu sancto, & fiant filij adoptionis æternæ, Amen.

Misericors Deus, concede ut uetus Adam in his, qui in hoc lauacro baptisantur, sepeliatur, ut nouus homo inde resurgat, Amen.

Tribue ut carnales concupiscentiæ mortificentur in illis, & omnes affectus Spiritus uiuant & augeantur.

Præsta etiam, ut omnes qui ad hoc lauacrum abrenunciant Diabolo, & ipsius operibus accipiant robur & fortitudinem, ut illum uincant, & de carne & mundo triumphent, Amen.

Quicunq; te cõfessus fuerit, hunc tu agnosce in regno tuo.

Concede, ut omnia peccata & uitia hoc fonte sic extinguantur, ut nunquam postea regnent in seruis tuis, Amen.

Tribue, ut qui semel gregi tuo fuerit insertus, perpetuo in eo permaneant, Amen.

Præsta, ut omnes qui in hac uita propter te semetipsos abnegant, te inueniant & lucrentur, qui es infinitus, & inæstimabilis thesaurus &c.

Annue ut omnes, qui nostro ministerio hic tibi dicantur, imbuantur cœlestibus donis, & ornentur æternis præmijs, gratia & misericordia tua, qui uiuis & regnas Deus, per infinita secula.

Dominus uobiscum.

Et cum Spiritu tuo.

Omnipotens æterne Deus, cuius unigenitus Filius Dominus noster Iesus Christus effudit pretiosum suum sanguinem

&aquam in remisſionem peccatorum noſtrorum, & præcepit diſcipulis ſuis, ut irent in mundum uniuerſum, & docerent omnes gentes, ac baptiſarent eas in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, faue quæſumus ſupplicationibus Eccleſiæ tuæ, & præſta ut omnes ſerui tui, qui in hoc fonte præparato ad Sacramenti adminiſtrationem lauantur, repleantur omni gratia ſpirituali, & ſemper permaneant in numero fidelium & electorũ tuorum, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

CONFIRMATIO PVERORVM, CVI inſertus eſt Catechiſmus.

VT confirmatio adminiſtretur cum fructu, & ad edificationem eorum, qui eam recipiunt, iuxta doctrinam Sancti Pauli, qui præcipit, ut omnia fiant in Eccleſia ad edificationem, commodum uidetur, ut nemo poſthac confirmetur, niſi qui lingua Anglica poſsit recitare articulos fidei, precationem Dominicã, & Decalogum, & reſpondere ad Quæſtiones in hac breui Catecheſi propoſitas, cum interrogati fuerint ab Epiſcopo, uel alio deſignato ab ipſo, hoc ut ſtatueremus monemur his rationibus.

Primo, ut pueri propriam fidem confiteantur, & ſe ratam habere teſtentur confeſsionem, quam Patrini eorum nomine fecerunt in Baptiſmo, &, ut Patrini exonerentur illa ſponſione, facta pro infantibus Eccleſiæ, Et, ut adulti iam promittant, ſe per gratiam Dei omnia illa uelle fideliter præſtare, quæ proprio ore profitentur.

Deinde, quia confirmatio adhibetur baptiſatis per impoſitionem manuum, & precem publicam, ut recipiant donum fortitudinis, ad reſiſtendum omnibus tentationibus, & aſſultibus carnis mundi, & Diaboli, placuit illo tempore exhiberi, quo per ætatem experiri poſſunt, quænam ſint illæ tentationes, per quas ſollicitantur ad peccatum.

Tertio, quia hoc conuenit cum inſtitutione primitiuæ Eccleſiæ, quæ decreuit, eos tantum eſſe confirmandos, qui erant ſuffici-

sufficienter edocti, & promitterent fidem, & obedientiam Deo & Ecclesiæ.

Et ne quis putet, noxiam esse pueris dilationem confirmationis, usque dum adoleuerint, is certo sciat ex manifesto uerbo Dei, pueros, qui in infantia, & post Baptismum, & ante confirmationem moriuntur, seruandos esse.

CATECHESIS, QVA PVER INSTItuitur, priusquam ad confirmationem producitur.

Quod est tibi nomen? Responsio. N. uel N.

Quis indidit tibi hoc nomen? Responsio.

Patrini, in baptismo, quo factus sum membrum Christi, filius Dei, & hæres uitæ æternæ:

Quid promiserunt pro te compatres, & commatres? Responsio.

Tria meo nomine polliciti sunt. Primum, quod renunciarem Diabolo, mundo, & carnalibus cõcupiscentijs, pugnantibus cum lege Dei. Deinde, quod crederem omnes Articulos fidei Christianæ. Tertio, quod uellem obsequi præceptis Dei, & ei seruire in sanctitate, & iustitia omnibus diebus uitæ meæ.

Scis ne etiam quæ debes credere, & facere?

Scio, & Dei auxilio uolo, & gratiam ago ex animo cœlesti Patri, qui me ad hanc gratiam per Dominum nostrum Iesum Christum uocauit, eumque toto pectore precor, ut porro largiatur mihi gratiam, ut in ea perseuerem, usque ad finem uitæ.

Recita Articulos fidei.

Credo in Deum, Patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ. Et in Iesum Christum, Filium eius unicum, Dominum nostrum, qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria uirgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus, descendit ad inferos, tertia die resurrexit à morte, ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Inde uenturus est, iudicare uiuos, & mortuos. Et in Spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicam,

licam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & uitam æternam, Amen.

Quid præcipue didicisti ex his Articulis?

Primum didici credere in Deum Patrem, qui creauit cœlum & terram.

Deinde in Deum Filium, qui me redemit, & totum genus humanum.

Tertio, in Spiritum sanctum, qui me sanctificat, & uniuersum populum Dei.

Cum responderis, Patrinos nomine tuo promisisse, te seruaturum esse præcepta Dei, dic quot sunt? Responsio.

Decem.

Quæ sunt?

I. Nullum præter me Deum habebis.

II. Non facias tibi sculptile, neque similitudinem alicuius rei in cœlo superne, uel in terra inferne, neque in aquis subtus terram, non procides ante hæc, nec coles illa.

III. Non accipies nomen Dei tui uane.

IIII. Memento ut diem Sabbati sanctifices.

V. Honora patrem, & matrem.

VI. Non occides.

VII. Non mœchaberis.

VIII. Non fureris.

IX. Non dices falsum testimonium.

X. Non concupisces uxorem proximi tui, non seruum, neque ancillam, neque bouem, neque asinum, neque quicquam quod est ipsius.

Quid ex his didicisti? Responsio.

Duo. Primum, quid Deo: Alterum, quid proximo debeam?

Quid Deo debes? Responsio.

Fidem, timorem, amorem ex toto corde, tota mente, anima, & omnibus uiribus, cultum, gratiarum actionem, ut omnem

omnem fiduciam meam in eum collocem, eum inuocem, glorificem, nomen, & uerbum suum sanctum honore afficiam, ac seruiam ei omnibus diebus uitæ meæ.

Quid uero debes proximo?

Vt amem eum perinde ac me ipsum, & ut faciam omnibus hominibus, prout uelim mihi fieri ab illis, ut honore afficiam patrem & matrem, eis succurram, & subueniam, ut obediam regi, & ipsius Ministris, ut me subijciam meo Magistratui, Doctoribus, Pastori, & Magistro, ut me modeste geram, & reuerenter erga maiores & meliores, ut nullum lædam uerbo, aut facto, ut sim fidelis, & iustus in omnibus negotijs, ut nulli inuideam, nullum odiam, ut manus contineam à furto, linguam à maledicentia, & obtrectatiōe, ut meipsum castum, & sobrium seruem, Ne concupiscam aliorum bona, sed discam meo labore mihi uictum parare, & ut Deo obediam in quacunque uocatione, ad quam me dignabitur uocare.

Cum scire debeas, te ista ex tuis uiribus, & sine speciali Dei gratia præstare non posse, ac propterea continuo orandum esse pro gratia, Dic mihi orationem Dominicam?

Pater noster, qui es in cœlis, Sanctificetur nomen tuum &c.

Quid petis à Deo hac precatione?

Peto ut cœlestis pater, dator omnis boni, det mihi, & omnibus hominibus, ut eum colamus, ei seruiamus, & obediamus, ut donet nobis omnia, quæ necessaria sunt ad hanc uitam, remittat nobis peccata, ac ut defendat nos in omnibus periculis corporis & animæ. Postremo, ut nos liberet ab omni peccato, ab insidijs Diaboli, & morte æterna. Credo etiam Deum Patrem pro sua bonitate & misericordia hoc facturum, per Dominum nostrum Iesum Christum, ideoque dico Amen, id est, ita fiet.

Hæc cum sciunt pueri, offerantur Episcopo confirmandi à compatre, qui testari posit de eorum confirmatione.

Q. Episco-

EPISCOPVS. RESPONSIO.

Adiutorium nostrum in nomine Domini. Qui fecit cœlum & terram.

Sit nomen Domini benedictum. Ex hoc nunc, & usque in seculum.

Dominus uobiscum. Et cum Spiritu tuo.

OREMVS.

Omnipotens æterne Deus, qui dignatus es hos seruos tuos regenerare ex aqua & Spiritu, & dedisti illis remissionem omnium peccatorum, emitte de cœlis, quæsumus Domine, super eos Spiritum tuum sanctum consolatorem, cum suis multiplicibus donis, spiritum sapientiæ, & intellectus, spiritum consilij & fortitudinis, spiritum scientiæ, & pietatis, & repleas illos spiritu timoris tui.

RESPONSIO. Amen.

MINISTER.

Signa eos Domine, signo sanctæ crucis, ut tui sint perpetuo, confirma, & corrobora eos interna unctione Spiritus sancti, ut sint hæredes uitæ æternæ, Amen.

EPISCOPVS.

N. Ego te consigno signo sanctæ crucis, & tibi manus impono, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.

Sic faciet singulis confirmandis, & postea orabit:

Omnipotens æterne Deus, qui tribuis nobis, & uelle, & facere ea, quæ uere bona sunt, & tibi placent, ac probantur, humiliter tibi supplicamus, pro pueris istis, quibus, imitati exemplũ sanctorum Apostolorum, imposuimus manus, ut hoc signo eos certiores redderemus de tuo fauore, & gratuita misericordia, complectere eos quæsumus, paterna beneuolentia, Spiritus tuus sanctus semper adsit illis, & perducat ad uerum intellectũ, & ueram obedientiam diuinæ uoluntatis tuæ, ut consequantur uitam æternam, per Dominum nostrum.

Tunc benedicat Episcopus pueris:

Benedictio Dei Patris omnipotentis, & Filij, & Spiritus sancti, descendat super uos, & maneat semper, Amen.

Pastor

Pastor cuiuslibet Parrochiç, intra sex Septimanas ad minus, die Dominico aut Festo, dimidia hora ante uesperas examinabit, & instituet pueros in templo de aliqua parte Catechismi, facta ante intimatione, & omnes patresfamiliæ & matresfamiliæ curabunt liberos, seruos, & ancillas eo uenire, & respondere Parrocho ad interrogata, donec Catechesin didicerint.

Quoties etiam Episcopus significauerit se uelle confirmare pueros, Parrochus intimabit Episcopo nomina eorum, quos iudicariç sufficienter institutos in Catechismo.

Nemo autem admittatur ad Communionem, nisi ante fuerit confirmatus.

DE SOLENNI MATRIMONIO.

PRimo nomina contrahentium, tribus Dominicis, intimentur populo præsente, ut hactenus in more fuit. Si autem in diuersis habitauerint personæ Parrochijs, non admittantur, nisi in utraque Parrochia facta fuerit legitima intimatio, & alter Parrochus alterum de hoc certiorem reddiderit. Die constituto ad nuptias, conueniant Sponsus & Sponsa cum amicis in medio Ecclesiæ, ante Chorum, ubi Sacerdos sic uerba faciet.

Charissimi, hic coram Deo, in Ecclesia ipsius conuenimus, ad coniungendum hunc uirum & hanc mulierem matrimonio, quod honorifice ab ipso Deo institutum est, in Paradyso, cum adhuc integra esset natura, ad significandum mysterium coniunctionis Christi cum Ecclesia. Hunc ordinem Christus ornauit, & honorauit sua præsentia, & primo suo miraculo, quod edidit in Cana Galileæ. Paulus etiam ita celebrat, quod sit honorabile inter omnes homines coniugium & thorus immaculatus. Non est igitur contemnendum à nobis, aut leuiter, temere, petulanter, & tantum propter explendam libidinem, brutorum quæ ratione carent, & pecudum more

arripiendum, à quolibet ebrio, sed debita qua decet reuerentia, cum graui deliberatione, à sobrijs cum timore Dei, diligenter considerando causas, propter quas Deus coniugium instituit. Harum una est procreatio prolis, & educatio ad timorem & disciplinam Domini. Altera est, ut sit remedium contra peccatum carnalis concupiscentiæ, & scortationem, ut coniuges in matrimonio caste uiuant, & seipsos incontaminatos seruent, ut membra corporis Christi. Tertia est, societas, mutuum auxilium, consolatio, consilium, ut alter alteri adsit, tam in prosperis quàm in aduersis. In hoc sacrosancto ordine hæ personę adueniunt coniungendæ. Quare si quis adest, qui iustam causam habet, propter quam non debent copulari, is nunc dicat, aut posthac in perpetuum taceat.

Tunc conuersus ad sponsum & sponsam, dicat:

Vos admoneo extremi iudicij, in quo stabitis ad tribunal Christi, quem nihil latet, ut si alter, de altero, aut seipso scit impedimentum, quo minus ualeat hoc matrimonium inter uos, fateamini, & hoc certo uobis persuadeatis, quod quorumcunque matrimonium non probatur uerbo Dei, Deum hos non coniungere, nec eorum coniugium esse legitimum.

Si adest aliquis, qui allegat impedimentum, & offert se cum sponsoribus ad soluendas impensas matrimonij, Si non probauerit quod obijcit, differatur matrimonium, Si nemo adest, tunc dicat Sacerdos Sponso:

N. tu uis habere hanc personam N. ut sit tua legitima uxor, ut cum ea uiuas iuxta Dei ordinationem in Sancto matrimonio: Vis eam amare, consolari, honorare, & conseruare sanam, & ægrotam, & repudiare omnem aliam, & te illi soli seruare, quam diu uiuas?

Respondeat: Volo.

Tunc conuersus ad mulierem, dicet:

N. uis habere hunc N. ut sit tibi legitimus maritus, & cum eo uiuere iuxta Dei ordinationem in sancto matrimonio, ei obedire, seruire, amare & honorare ipsum, seruare eum sanum

& ægro-

& ægrotum, & posthabitis omnibus alijs, te illi soli custodire, toto tempore uitæ uestræ?

Respondeat. Volo.

Tunc Minister dicet:

Quos Deus coniunxit, homo non separet.

Post Minister, accepta Sponsa à parentibus, tradet eius dextram Sponso, & iubebit ut dent mutuam fidem, dicente uiro:

Ego N. accipio te N. ut sis mea uxor, ut habeam, & retineam ab hoc die, inter prospera & aduersa, siue ditior, siue pauperior, ægra aut sana fueris, ut amem, et foueam, donec mors nos separauerit, iuxta ordinationem diuinam, & in signum trado tibi meam fidem.

Tunc mulier accipiens dextram uiri dicat:

Ego N. accipio te N. ut sis meus maritus, ut habeam & retineam ab hoc die, & deinceps, inter prospera & aduersa, siue ditior, siue pauperior, sanus aut æger fueris, ut te amem & foueam, tibi obediam, donec mors nos separauerit, iuxta ordinationem Dei, & in signum trado tibi meam fidem.

Tunc uir det mulieri annulum, & alia munera, aurum et argentum, & ponet super librum, quem Sacerdos manu tenet, ac Presbiter accepto annulo, tradet uiro, ut imponat quarto digito mulieris, dicens:

Cum hoc annulo te mihi despondeo, hoc aurum, & argentum tibi dono, cum meo corpore te honoro, & omnibus fortunæ bonis te amplifico, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

MINISTER.

Oremus.

O æterne Deus, creator & conseruator humani generis, dator omnis gratiæ spiritualis, & autor æternæ uitæ, da benedictionem seruis tuis, huic uiro, & huic mulieri, quibus nos in tuo nomine benedicimus, ut quemadmodum Isaac, & Rebecca, post munera data, & accepta, in signum matrimonij fideliter

inter se uixerunt. Ita hæ personæ certo præstent, & sententuo-
tum, & conuentionem inter sese mutuo factam, cuius hic an-
nulus datus, & receptus est signum & testimonium, & in perpe
tuo amore, ac pace permaneant, & uitam ducant iuxta legem
tuam, per Dominum nostrum Iesum Christum.

Tunc Sacerdos iungens eorum dextras, dicat:

Quos Deus coniunxit, homo non separet.

His peractis, Minister dicet populo.

Cum N. & N. consenserint in Matrimonium, & hoc co
ram Deo, & Ecclesia hic congregata sint testati, & mutuam fi-
dem tradiderint, hancque donatione, & acceptione annuli, au-
ri, & argenti, ac dextrarum coniunctione confirmarint, decla-
ro, & pronuncio eos esse coniuges, in nomine Patris, & Filij,
& Spiritus sancti, Amen.

Benedictio.

Deus Pater uobis benedicat, Deus Filius uos custodiat,
Deus Spiritus sanctus uos intelligentia illustret, misericors
Dominus uos suo fauore respiciat, & repleat omni benedictio-
ne spirituali, & gratia, ut accipiatis in hac uita remissionem pec-
catorum, & in futura uitam æternam.

Tunc ingrediantur chorum, Ministris aut Clericis canen-
tibus Psalmum: Beati omnes qui timent Dominum, qui am-
Psal. 128. bulant in uijs eius.

Aut hunc Psalmum:

Psal. 67. Deus misereatur nostri, & benedicat nobis.

Sponsus & Sponsa interea genu flectant ante alta-
re, & Sacerdos stans conuersus ad eos, oret:

Kyrie eleyson.

Christe eleyson.

Kyrie eleyson.

Pater noster, qui es in cœlis &c.

Et ne nos inducas in tentationem.

RESPONSIO.

Sed libera nos á malo.

Mini-

MINISTER.

Domine saluum fac seruum & ancillam tuam.

RESPONSIO.

Qui suam fiduciam in te collocant.

MINISTER.

Mitte eis Domine auxilium de sancto.

RESPONSIO.

Et defende eos inæternum.

MINISTER.

Esto illis turris fortitudinis.

RESPONSIO.

A facie inimici.

MINISTER.

Domine exaudi orationem meam.

RESPONSIO.

Et clamor meus ad te perueniat.

OREMVS.

Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, benedic seruis tuis, & insere mentibus eorum semen uitæ æternæ, ut quæcunque ex uerbo tuo utiliter didicerint, opere perficiant. Respice Domine de sanctuario tuo, & de excelso cœlorũ habitaculo super eos, & benedicito illis, & sicut misisti sanctum angelum Raphaelem ad Thobiam, & Saram filiam Raguelis, ad ingentem eorum consolationem, ita dignare benedicere his seruis tuis, ut obsequentes mandatis tuis, & sub tua protectione securi, perseuerent in amore tuo ad finem usque uitæ, per Dominum nostrum Iesum Christum.

O cœlestis, & misericors Pater, cuius dono humanum genus multiplicatur, & conseruatur, adsis quæsumus his seruis tuis cum benedictione, ut sint fœcundi in propagatione prolis, & ut ducant uitam cum pietate & honestate, ut uideant filios filiorum, usque ad quartam generationem, in laudem, & gloriam sanctissimi nominis tui, per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum.

Deus

Deus, qui ex omnipotentia tua cuncta de nihilo creasti, quique post aliarum rerum ordinationem uoluisti, ut ex uiro condito ad imaginem tuam, mulier formaretur, & in eorum coniunctione docuisti eos, non licere ulli hos separare, quos tu coniunxeras. O Deus, qui statum coniugum consecrasti ad significandum excelsum mysterium coniunctionis Christi cum Ecclesia. Respice clementer super hos seruos tuos, & præsta, ut Sponsus iste iuxta tuam ordinationem, amet suam Sponsam, ut Christus dilexit Ecclesiam, & pro qua seipsum tradidit, & ut uicissim hæc sponsa suum complectatur amore Sponsum, & redamet, ut Rachael sit sapiens, ut Rebecca, fidelis, et ut Sara obediens, cum omni quiete, sobrietate, & concordia imitetur sanctas matronas, benedic Domine utrique, & tribue frui uita æterna, per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum uiuit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula &c.

Tunc benedicet illis, dicens:

Omnipotens Deus, qui initio condidisti primos parentes nostros Adam & Euam, & benedixisti illis, atque in matrimonio coniunxisti, effunde super nos diuitias gratiæ tuæ, sanctifica & ✠ benedicito illis, ut tibi corpore & animo placeant, & uitam ducant suauem & sanctam, Amen.

Tunc legatur Euangelium, post quod communiter sequatur sermo de officijs coniugum, & loco concionis hæc dici possunt:

Qui sunt coniuges, & matrimonium contrahere constituerunt, audiant quid Scriptura dicat, de officijs coniugum, quid uir mulieri debeat, & contra mulier suo uiro.

Paulus ad Ephesios quinto, præcipit coniugibus:

Viri, diligite uxores uestras, sicut Christus Ecclesiam dilexit, & obtulit semetipsum pro illa, ut illam sanctificaret, & purificaret lauacro aquæ per uerbum, ut exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, neque rugam, aut aliquid simile, sed ut esset sancta & irreprehensibilis, Sic uiri diligere debent uxores, ut propria sua corpora, Qui diligit uxorem,

seipsum diligit. Nemo enim carnem propriam unquam odio habuit, sed diligit & fouet, sicut Christus Ecclesiam, Nam sumus membra corporis ipsius, os de ossibus, & caro de carne eius, propterea relinquet uir patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una, Mysterium hoc magnū est, in Christo scilicet, & in Ecclesia, & tamen unusquisque uestrum diligat suam uxorem, sicut seipsum.

Ad eundem modum Paulus præcipit ad Collossenses, uiri diligite uxores uestras, & ne sitis amarulenti erga eas.

Et Beatus Petrus Apostolus, qui ipse fuit maritus, præcipit maritis: Viri, cohabitate uxoribus uestris, iuxta scientiam, habentes honorem uxori, tanquam infirmiori uasculo, ut cohæredes gratiæ, uitæ, ne impediantur precationes uestræ.

Hactenus audiuistis, quid uir debeat uxori suæ, iam uxores audiant suum officium, & quid debeant maritis.

Sanctus Paulus Apostolus, in prænominata epistola ad Ephesios, ita uobis præcipit: Vxores proprijs uiris subditæ sint, ueluti Domino, quoniam uir est caput uxoris, quemadmodū & Christus est caput Ecclesiæ, & idem est, qui salutem dat corpori. Itaque, quemadmodum Ecclesia subdita est Christo, sic uxores suis uiris subditæ sint in omnibus. Et rursus ad Colossenses ait: Vxores subditæ estote proprijs uiris, sicut decet in Domino. Beatus etiam Petrus sic uos instituit: Vxores subditæ sitis uiris uestris, ut etiam illi uiri, qui non auscultant Euangelio, per uxorum conuersationem, siue prædicationem lucrifiant, dum considerant castam conuersionem uestram, cum timore coniunctam, quarum ornatus sit non forensis, qui situs sit in intricatis capillis, & auri ornamentis, aut decore uestium, Sed interius in corde bono, sine prauitate, ut spiritus sit placidus, ac quietus, qui coram Deo preciosissimum est ornamentum. Nam ad hunc modum etiam illæ sanctæ mulieres, sperantes in Deo, sese ornabant, & subditæ erant uiris suis, Quemadmodum Sara obediuit Abrahæ, uocans eum Domi

num, cuius factæ estis filiæ, dum benefacitis, & non metuitis uobis pro ulla turpitudine.

Obseruandum quod desponsari debeant participes fieri mensæ Domini.

ORDO VISITATIONIS INFIRMORUM, & communio eorundem.

INgrediens Sacerdos domum infirmi, dicat, pax huic domui, & omnibus habitātibus in ea. Tunc accedens ad ægrotum, dicat hunc Psalmum:

Domine, exaudi orationem meam, auribus percipe deprecationem meam in ueritate tua, & in iustitia tua, & ne intres in iudicium cum seruo tuo &c.

Antiphona.

Ne reminiscaris Domine peccata nostra, uel parentum nostrorum. Parce Domine, parce populo tuo, ne in æternum irascaris nobis &c.

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.

Pater noster, qui es in cœlis &c. Et ne nos inducas in tentationem.

RESPONSIO. Sed libera nos à malo.

SACERDOS. RESPONSIO.

Domine saluum fac seruum tuum. Qui suam fiduciam in te collocat.

Mitte ei Domine angelum de sanctuario. Et potenter defende eum.

Nihil præualeat inimicus in eo. Et filius iniquitatis non noceat ei.

Esto ei Domine turris fortitudinis. A facie inimici.

Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te perueniat.

Oremus.

OREMVS.

Despice Domine de cœlo, uisita seruum tuum, respice eum oculis misericordiæ tuæ, consolare eum, ut in te certo confidat; defende eum ab insidijs inimici, & serua eum in pace perpetua & quiete, per Dominum nostrum Iesum Christum &c.

Exaudi nos, omnipotens & misericors Deus, extende consuetam misericordiā tuam ad hunc seruum tuum ægrotantem, uisita illum Domine, ut inuisisti socrum Petri, & seruum Centurionis, & sicut liberasti Thobiam, & Saram á præsenti periculo, sic restitue hunc sanitati, si ita tibi uisum fuerit, uel fac eum ita perferre hanc afflictionem, ut post hanc uitam, tecum uiuat in æternum, Amen.

Vtatur autem ista ad ægrotum exhortatione.

Hoc scias, charissime frater, Christum esse Dominū mortis & uitæ, iuuentutis, fortitudinis, sanitatis, senectutis, debilitatis & infirmitatis. Quare persuasum tibi sit, quod quicunque tuus fuerit morbus, is, Deo uolente, & sciente, tibi contingat, & quacunque tandem de caussa, siue ut probet tuam patientiam, siue ad exemplum aliorum, ut fides tua in die Domini inueniatur ad laudem, gloriam, & honorem Dei, & augmentum felicitatis, uitæ æternæ, siue etiam ad correctionem, & castigationem de aliquo, quod offendit oculos cœlestis Patris, noueris certo, quod si uere te pœniteat peccati, & æquo animo feras hanc afflictionem, confisus in misericordia Dei, promissa propter Filium suum Dominum nostrum Iesum Christum, gratias agens, pro hac paterna uisitatione, & te humiliter subijcias diuinæ eius uoluntati, tibi proderit ad salutem, & promouebit te in recta uia, quæ ducit ad uitam æternam. Quare in optimam partem accipias hanc correctionē, Quem enim diligit Dominus, hunc castigat, imo, ut Paulus inquit, flagellat omnem filium quem recipit. Item, si fertis castigationē, offert semetipsum uobis, ut proprijs filijs. Quis enim est filius, quem pater non castigat? Si non estis subiecti correctiōi, cuius omnes germani filij sunt participes, nothi estis & spurij, non legitimi

Filij. Quare cum patres nostri carnales, nos castigent, et nihilo minus obsequimur illis, cum omni reuerentia, numquid multo magis debemus obedire spirituali patri, ut uiuamus? Et illi quidem paucis diebus nos correxerunt pro ipsorum uoluntate, Ipse uero nos castigat propter nostram utilitatem, ut participes simus suæ sanctitatis. Hæc uerba, charissime frater, propter nostram consolationem & instructionem scripta sunt, ut patienter, & cum gratiarum actione feramus cœlestis Patris correctionem quamcunque, & per quæcunque aduersa placuerit illi nos uisitare. Neque enim maior consolatio Christiano esse debet, quam ut similis fiat imaginis Filij Dei, in perferendis ærumnis, & aduersis ac infirmitatibus. Quemadmodum igitur Christus ipse, non ante ingressus est in gloriam, quam pateretur, Sed ante crucifixus est, quam glorificaretur: Ita profecto uia ad gloriam, est patientia tribulationum, & transitus ad uitam, est cum Christo mori, ut una cum ipso resurgamus à morte, & perfruamur uita æterna. Feras igitur tuam infirmitatem æquo animo, & memineris professionis tuæ factæ in Baptismo. Cũ autem post hanc uitam reddenda sit ratio iusto iudici, à quo omnes sine respectu personarum oportet iudicari, exhortor te, ut examines teipsum, & quomodo cum Deo, & cum omnibus hominibus tecum conuenit, ut dum teipsum accusas & iudicas pro peccatis, inuenias misericordiam apud cœlestem Patrem propter Christum, & ne accuseris aut damneris in tremendo iudicio. Recitabo igitur Articulos fidei, ut noris utrum uere credas illa, quæ Christianum credere oportet.

Hic Sacerdos recitabit Articulos Symboli.

Credis in Deum Patrem, omnipotentem creatorem cœli & terræ &c.

Tunc exhortabitur eum Sacerdos, ut condonet omnibus, quibus irascitur, & satisfaciat quantum potest illis, quos offendit. Et si ante non condiderit testamentum, tunc condat, & dicat quæ ei debentur, & uicissim quæ debea, tpropter quietem posteritatis & amicorum. Sæpe autem in concionibus diuites & potentes moneat de condendo testamento dum ualent.

Si ægro

Si ægrotus sentit suam conscientiam grauatam esse aliqua in re, de illa Sacerdoti priuatim confiteatur, & finita confessione, Minister utetur hac forma absolutionis:

Dominus noster Iesus Christus, qui dedit potestatem Ecclesiæ absoluendi à peccatis pœnitentes, & credentes Euangelio, ipse ex infinita misericordia indulgeat tibi peccata tua, ego uero autoritate ipsius mihi commissa, absoluo te ab omnibus peccatis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.

Collecta.

O misericordissime Domine, qui iuxta multitudinē misericordiæ tuę deles peccata pœnitentiū, ita, ut eorum amplius non memineris, aperi oculos misericordiæ tuę super hunc famulum tuum, qui petit misericordiam, & remissionem peccatorum ex toto pectore, renoua amantissime pater, quicquid in eo subuersum est fraude & malitia Sathanæ, uel carnali concupiscentia, & fragilitate humana, conserua & custodi hoc ægrotum membrum in unitate Ecclesiæ, uide contritionem eius, respice lachrymas, pœnasqꝫ mitiga, aut amoue, ut placet diuinæ uoluntati tuæ, & quia in tua misericordia tantum confidit, noli imputare ei priora peccata, sed cum eo in gratiam redi, propter merita dilectissimi Filij tui Domini nostri Iesu Christi.

Tunc oret Minister hunc Psalmum.

71. In te Domine speraui, non confundar in æternum, in iustitia tua libera me, inclina ad me aurem tuam, & exaudi me.

Antiphona.

Saluator mundi salua nos. Qui per crucem, & pretiosum sanguinem redemisti nos, adiuua nos. &c.

Collecta.

Omnipotens Deus, qui est fortitudo omnium in se sperantium, cui omnia in cœlo, & in terra, & subtus terram obediunt, nunc & semper sit tibi protector, & faciat cognoscere & sentire, quod non sit nomen datum sub cœlo hominibus, in quo, & per quod tu recipias salutem & sanitatem, præter nomen Domini nostri Iesu Christi.

Si uidetur commodum, dicatur etiam hic Psalmus, pro usitata ante hæc tempora unctione:

XIIII. Vsque quo Domine obliuisceris mei in finem.

COMMVNIO INFIRMORVM.

CVm omnes mortales subiecti sint infinitis periculis, infirmitatibus, & ærumnis, & semper incerti sint, quando ex hac uita erit emigrandum: Ideo ut semper sint parati, & in expectatione mortis, quandocunque Deus uoluerit, pastor subinde, sed præsertim pestis tempore, admoneat Parrochianos, ut frequenter communicent Sacramento Altaris, Sic enim cauebitur, ne cum subito fuerint correpti morbo, sollicitisint pro Communione. Verum si infirmus non poterit uenire in Ecclesiam, & petit sibi dari Sacramentum in domo sua, significabit tum demum postridie, aut primo mane Parrocho, quot cum ipso una uelint communicare. Quod si contingat eodem die Cœnam Domini in Ecclesia celebrari, tunc Sacerdos in Cœna tantum Sacramenti seruabit, quantum sufficit ægroto, & mox finita missa, una cum aliquot ex his, qui intersunt, ibit ad ægrotum, & primo communicabit eos, qui assistunt ægro, & interfuerunt Cœnæ, & postremo infirmum. Sed primo fiat generalis confessio, & absolutio, cum Collecta, ut supra est præscriptum.

Sed si infirmus illo die petat Communionem, quo non celebratur Cœna, tunc Sacerdos in loco decenti, in domo ægroti celebrabit Cœnam, hoc modo:

Laudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi.

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.

OREMVS.

Omnipotens æterne Deus, conditor humani generis, qui

quos

quos diligis, corrigis, & castigas omnem filium, quem recipis, quæsumus, ut miserearis huic seruo tuo, & præsta, ut patienter hanc infirmitatem ferat, & recuperet sanitatem, si ita tibi uidebitur, & quandocunque hinc emigrauerit, perueniat ad uitam sempiternam.

Epistola Hebræor. 12.

Fili, ne despicias correctionem Domini.

Euangelium Ioan. 5.

Amen amen dico uobis, quod qui uerbum meum audit &c.

Præfatio.

Dominus uobiscum.

Responsio.

Et cum Spiritu tuo.

Sursum corda &c. Vsque ad finem, ut supra dictum est.

Cum uenitur ad distributionem Sacramenti, Sacerdos primo communicet: Deinde alij: Postremo ægrotus, qui hoc petat à domesticis & uicinis, ut cum eo communicent.

Quod dictum est de uno petenti communionem priuatam, eo die quo celebratur cœna publica, intelligatur de multis.

Sed si sub uesperam, aut noctu subito quis in agone positus petat Communionem, is doceatur à curato, ita acceptam esse fidem ipsius, ac uotum communicandi, ac si perciperet Sacramentum.

Finita priuata Communione, repetatur Antiphona.

Ne reminiscaris Domine delicta nostra &c.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Pater noster qui es in cœlis &c. Et ne nos inducas in tentationem.

Sed libera nos à malo.

Oremus.

Oremus.

Respice Domine de cœlo &c. cum prima parte exhortationis, Et Psalmo, In te Domine speraui &c.

SEPVLTVRA.

SAcerdos procedet obuiā feretro ad ingressum Cœmeterij, & dicat, aut ministri & Clerici, qui cum eo sunt, canant, euntes ad sepulchrum, has Antiphonas:

Ioan. 11. Ego sum resurrectio & uita &c.

Iob 19. Scio quod redemtor meus uiuit &c.

1. Timot. 6. Nihil intulimus in hunc mundum.

Cum uentum est ad sepulchrum, dicatur aut canatur.

Iob. 9. Homo natus de muliere, breui uiuens tempore.

Media uita in morte sumus.

Cum Sacerdos cadauer operit terra:

Commendo animam tuam Deo Patri omnipotenti, & corpus tuum sepulchro, terram terræ, cinerem cineribus, puluerem pulueribus, cum certa & constanti spe resurrectionis ad uitam æternam, per Dominum nostrum Iesum Christum, qui transformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ, iuxta potentiam operationis suæ, qua potest sibi subijcere omnia.

Interim canatur Antiphona.

Apocalyp. 14. Audiui uocem de cœlo dicentem: Beati mortui &c.

Oremus.

Commendamus in manus misericordiæ tuæ, cœlestis Pater, animam fratris nostri defuncti N. & hoc corpus terræ committimus, obsecrantes infinitam bonitatem tuam, ut præstes nobis gratiam uiuendi in timore & amore, & manendi in fauore tuo, ut cum dies iudicij aduenerit, quod demandasti dilecto Filio tuo, tam noster hic frater, quam nos, inueniamur accepti in conspectu tuo, & accipiamus illam benedictionem, quam pronunciabit Filius tuus ad omnes, qui te amant, &

timent, dicens: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum uobis paratum ante constitutionem mundi, Præsta hoc clementissime Pater, pro honore Filij tui Iesu Christi, unici Mediatoris, Seruatoris, & Aduocati nostri.

Agimus tibi gratias, omnipotens Deus, pro hoc famulo tuo, quem ex huius uitæ miseræ miseria, corpore peccati & tentatione liberasti, & sicut credimus, te animam eius, quam in manus tuas commendauit, ad locum refrigerij lucis, & consolationis perduxisse: Ita petimus, ut ipsius anima, una cum animabus Electorum tuorum, qui ex hac uita migrarunt, possint nobiscum, & nos cum illis, plene percipere promissiones tuas, & effici perfectæ, per gloriosam resurrectionem Filij tui Domini nostri Iesu Christi.

Suffragia ante, uel post sepulturam dicenda.

Dilexi, quoniam audiuit uocem deprecationis meæ &c. Psalm. 116.

Domine probasti me & cognouisti me &c. Psalm. 139.

Lectio.

1. Corinth. 15. Christus resurrexit primitiæ dormientium &c. Vsque ad finem capitis.

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.

Pater noster, qui es in cœlis &c. Et ne nos inducas in tentationem. RESPONSIO.

Sed libera nos à malo.

	RESPONSIO.
Ne intres in iudicium cum seruo tuo.	Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens.
A porta inferi.	Libera animas eorum.
Credo uidere bona Domini.	In terra uiuentium.
Domine exaudi orationem meam.	Et clamor meus ad te perueniat.

OREMVS.

Deus, cui omnes ſpiritus mortuorum; & cum quo omnium electorum animæ poſt liberationem oneris carnis, feliciter, & in gaudio uiuunt, præſta huic famulo tuo, ut peccata, quæ in hoc mundo commiſit, non imputentur ei, ſed ut ſuperatis portis mortis, & æternæ caliginis, ſemper in regione lucis habitet, cum Abrahamo, Iſaaco, & Iacobo, ubi nullus luctus, dolor aut mœror. Et cum tremenda dies iudicij aduenerit, fac eum reſurgere cum omnibus iuſtis, & electis, & recipere rurſus corpus ſuum ad gloriam & immortalitatem, colloca eum ad dexteram Filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti, inter electos, ut cum eis audiat dulciſsimam uocem: Venite benedicti à Patre meo, poſsidete regnum etc. per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ.

CELEBRATIO COENAE, TEMpore ſepulturæ.

Pſ. 42. Quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum &c. uſque ad finem Pſalmi.

Collecta.

Miſericors Deus, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui es reſurrectio, & uita, in quo qui credidit, etiamſi mortuus fuerit, uiuet, & in quo qui crediderit & uiuit, non morietur in æternum, quique nos docuiſti per ſanctum Apoſtolum tuum Paulum non debere contriſtari pro dormientibus in Chriſto, ſicut ij, qui ſpem non habent reſurrectionis, humiliter petimus, ut nos à morte peccati reſuſcites ad uitam iuſtitię, ut cum ex hac uita emigramus, dormiamus cum Chriſto; Quemadmodum ſperamus hunc fratrem noſtrum, & in generali reſurrectione extremo die nos una cum hoc fratre noſtro reſuſcitati, & receptis corporibus, regnemus unà tecum in uita æterna, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.

Epiſtola, 1. Theſſal. 4.

Nolumus uos ignorare de dormientibus, ut non contriſtemini, ſicut cæteri, qui ſpem non habent.

Euange-

Euangelium Ioan. 6.

Dixit Iesus discipulis suis, & turbę Iudæorum, omne quod dedit mihi pater, ad me ueniet &c.

PVRIFICATIO PVERPERARVM.

GEnu flectat mulier ante ingressum chori, cui astans Sacerdos, hæc aut his similia dicat:

Cum placuerit Deo ex infinita sua bonitate te in partu seruare, & puerum ex te natum perducere ad Baptisimum, debes ei ex animo gratiam agere, & ita orare: Leuaui oculos meos in montes, unde ueniat auxilium mihi, &c. usq; ad finem Psalmi.

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.

Pater noster, qui es in cœlis &c. Et ne nos inducas in tentationem. RESPONSIO.

Sed libera nos à malo.

SACERDOS.

Saluam fac famulam tuam.

RESPONSIO.

Deus meus sperantem in te.

SACERDOS.

Esto ei turris fortitudinis.

RESPONSIO.

A facie inimici.

SACERDOS.

Domine exaudi orationem meam.

RESPONSIO.

Et clamor meus ad te perueniat.

OREMVS.

Omnipotens Deus, qui liberasti hanc famulam tuam periculis parturientium, præsta quæsumus, ut per gratiam tuam fideliter inseruiat suæ uocationi in hoc statu coniugali, ut particeps fiat uitæ æternæ, per Dominum nostrum &c.

Mulier offeret Parrocho uestem lineam qua puer in Baptiſmo fuit indutus, iuxta morem hactenus obſeruatum, & prӕterea communicet, ſi adſint communicantes.

DIE CINERVM CAERIMONIAE.

POſt Matutinas ſigno dato per campanam, ut populus conueniat, & decantata Letania, Parrochus populum alloquatur:

Fratres, in primitiua Eccleſia fuit utilis diſciplina, ut initio Quadrageſimæ rei manifeſtorum criminum eijcerentur ex Eccleſia, ut agerent publicam pœnitentiam, & ut alij eorum exemplo admoniti ſibi cauerent. Huius publicæ pœnitentiæ uice, interim dum hæc reſtitui poſsit, quod optare debemus, uiſum eſt hoc tempore conducibile ad pietatem, ut præſentibus uobis, legantur comminationes & execrationes contra impœnitentes ex 27. capite Deuter. & alijs locis ſcripturæ, ut ad quamlibet ſententiam reſpondeatis, Amen.

Hoc fine, & propter hanc cauſſam, ut uos admoniti de grauiſsima ira Dei contra peccatum, excitemini ad ueram pœnitentiam, & ut in hoc corruptiſsimo ſeculo circumſpectius uiuatis, ac uitetis peccata, propter quæ uos, ut ipſi fatemini, diuinitus eſtis excommunicati.

Maledictus uir, qui fecerit ſculptile, aut conflatile, quæ ſunt Domino abominanda, & poſuerit in loco aliquo, quo colantur opera manuum ſuarum.

Et reſpondebit omnis populus: Amen.

Maledictus pater & mater eius.

Maledictus uir, qui abſtulerit aut loco mouerit ſignū finis & termini terræ, aut agri proximi ſui.

Maledictus qui errare fecerit cœcum de uia.

Et reſpōdebit omnis populus: Amen.

Maledictus

Maledictus qui in iudicio oppresse rit aduenam uel uiduam.
Maledictus qui clam percusserit proximum suum.
Maledictus qui condormierit uxo ri proximi sui.
Maledictus qui accipit munera ad effundedũ sanguinẽ innocentẽ.
Maledictus qui ponit fiduciã suam in homine, & ponit carnem bra chium suum, & cor eius discedit à Domino.
Maledicti immisericordes, scortato res, adulteri, auari, simulachro- rum cultores, maledici, ebriosi & uiolenti.

Et respondebit omnis populus, Amen.

ADHORTATIO.

Cum igitur, ut Propheta inquit, maledicti sint omnes, qui declinant à mandatis Dei, meminerimus tremendi iudicij Dei impendentis capitibus nostris, & quod præsto est præ foribus, & conuertamur ad Dominum corde contrito & humiliato in ieiunijs, lachrymis, & orationibus, facientes dignos fructus pœnitentiæ. Nam securis ad radicem arboris iam posita est, & omnis arbor, quę non fert fructum bonum excidetur, & in ignẽ mittetur. Horrendum enim est incidere in manus Dei uiuentis, pluet enim super peccatores laqueos, ignem & sulphur, spiritus procellarum pars calices eorum. Egredietur enim Dominus de loco sancto suo, ut uisitet iniquitatem habitantium in terra. Quis feret diem aduentus eius? Cuius uentilabrũ in manu sua est, ut purget aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas uero exuret igne inextinguibili. Dies enim Domini, sicut fur in nocte ueniet, & cum dixerint pax & securitas, repentinus eis superueniet interitus, Sicut dolores partus inuadũt parturientem, nec effugient. Tunc reuelabitur ira Dei in die irę,

Psalm. 118.
Matth. 3.
Hebr. 10.
Psalm. 10.
Malach. 3.
Matth. 3.
1. Thess. 5.

& reuelationis iusti iudicij Dei, quam impij & obstinati sibijpsis thesaurisant, iuxta duritiem suam, & impænitens cor suum, quo bonitatem & patientiam, ac longanimitatē Dei eos ad pœnitentiam inuitantis contemnunt. Tunc clamabunt ad me, & non exaudiam, quærent me, & non inuenient, quia oderūt sciētiam, nec receperunt disciplinā Domini, Sed abhorurerunt à consilio meo, & correctionē meam despexerūt, tunc nimis sero pulsabunt post clausum ostium, & petent misericordiam in die iudicij. O terribilis uox iusti iudicis, quæ contra eos pronunciabitur. Nam dicetur ad illos: Ite maledicti in ignem æternū, qui paratus est Diabolo, & angelis suis, Ideo fratres operemur dum dies est, quia ueniet nox, in qua nemo poterit operari, Dum lucem habemus, credamus in lucem, ne abijciamur in tenebras exteriores, ubi erit fletus & stridor dentium, Non abutamur bonitate Dei, nos ad pœnitentiam inuitantis, & promittentis ueniā, modo ad eum conuertamur in corde contrito, & spiritu humiliato, quia, etsi peccata nostra rubicunda sint ut purpura, tamen ut nix dealbantur. Conuertimini à peccatis uestris, dicit Dominus, & iniquitates uestræ non erunt uobis exitio. Abijcite à uobis omnem impietatē, quam fecistis, Facite uobis corda noua. Quare moriemini in peccatis uestris. Nolo enim mortē peccatoris, dicit Dominus, sed magis ut cōuertatur et uiuat. Etsi enim peccauimus, tamē habemus aduocatum Iesum Christū iustum, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris, Vulneratus est enim propter iniquitates nostras, & afflictus propter scelera nostra. Conuertamur igitur ad eum, quia misericors est, persuadentes nobis ipsis, quod nos expectet, et paratus sit recipere reuertentes, & ignoscere nobis, si uera pœnitentia redeamus, si nos ei subijcimus, & uolumus ambulare in uijs eius, si suaue iugum, & onus suum leue uelimus ferre, ut eum sequamur in humilitate, patientia, charitate, Quæramus semper gloriam eius, & quilibet diligenter in sua uocatione Deo inseruiat. Hęc si fecerimus, liberabit nos Christus à maledictione legis, & ab æterna ira, quę eueniet illis, qui ad sinistram stabunt, & nos ad dextram collocabit, & benedicet illa dulcissima benedictiōe: Venite benedicti

Prouerb. I.

à Pa-

ô Patre meo, possidete regnum, quod uobis paratum est ante conditum mundum, ad quod nos ex infinita sua misericordia perducere dignetur, Amen.

Tunc genu flexo, orabunt Psalmum.

Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam.

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.

RESPONSIO.

Pater noster, qui es in cœlis &c.

Et ne nos inducas in tentationem. — Sed libera nos á malo.

Domine saluos fac seruos tuos. — Deus meus sperantes in te.

Mitte eis auxilium de sancto. — Et defende illos in æternum.

Adiuua nos Deus Saluator noster. — Et propter gloriam nominis tui libera nos, & propicius esto propter nomen sanctum tuum.

Domine exaudi orationē meā. — Et clamor meus ad te perueniat.

Preces nostras, quæsumus Domine, clementer exaudi, & confitentium tibi parce peccatis, ut quos conscientia delictorum accusat, indulgentia propiciationis tuæ absoluat, per Dominum nostrum.

Omnipotens & misericors Deus, qui contritorum non despicis gemitus, & nihil odisti eorum, quæ feceras, qui non uis mortem peccatoris, sed magis ut conuertatur & uiuat, ignosce clementer peccatis nostris, recipe & consolare nos, qui laboramus & onerati sumus pondere peccatorum. Tibi proprium est misereri, ad te solum pertinet remittere peccata, Parce Domine, parce populo tuo, quem redemisti. Non intres in iudiciū cum seruis tuis, qui sumus terra & puluis, Sed auerte á nobis iram

tuam, quia nostram miseriam agnoscimus, & ex animo de peccatis dolemus, Accelera ut auxilieris nobis in hoc seculo, ut tecum inæternum uiuamus in futuro, per Dominum &c.

Antiphona.

Conuerte nos Domine, & conuertemur, propicius esto Domine populo tuo, qui ad te conuertitur in ieiuniis, lachrymis et precibus, quia es misericors, & plenus miserationum, longanimis, & paratus ad ignoscendum, Tu parcis peccatoribus, & in ira misericordiæ recordaris, Parce Domine, parce populo tuo, & ne des hæreditatem tuam ad opprobrium, Exaudi nos Domine, quia benigna est misericordia tua, & iuxta multitudinem miserationum tuarum respice nos.

DE CAERIMONIIS ABOLITIS, ET retentis in Ecclesia.

CAErimoniarum, quæ in more sunt, & ex traditionibus humanis, quædā initio, bona, ut uocant, intentione, institutæ sunt, Sed tempore ad superstitionem conuersæ. Aliæ ex zelo quodam, sine scientia natæ: Ad has, quod initio conniuerent gubernatores Ecclesiæ, creuerunt subinde abusus magis ac magis. Et quia talia exercitia, ut Paulus ait, πρὸς ὀλίγον ἐστὶν ὠφέλιμα, & obscurarunt gloriam Christi, merito reiectæ sunt. Aliæ sunt traditiones humanæ, quæ non tantum ad disciplinæ decorū, sed ad ædificationē Ecclesiæ pertinent, ad quam omnia debent referri. Has, etsi seruare & omittere etiam extra casum scandali licet, tamen si ex proteruia, aut petulantia, quis ordinem publica autoritate constitutum contemnat, & turbet, non leuiter peccat. Omnia, inquit Paulus, iuxta decorum & ordinem fiant inter uos. Huius autem ordinis constitutio, cum non pertineat ad quamlibet priuatam personam, Nemo hanc autoritatem sibi sumere debet, ut constituat ordinem aliquem in Ecclesia, nisi sit ad hoc diuinitus uocatus, & habeat autoritatem publicam, & consensum Ecclesiæ. Cum autem hoc nostro tempore diuersæ sint hominū uoluntates & sententię de

cærimo-

cærimonijs. Quidam enim magnum peccatum putant, si uel tantillum ex usitatis cærimonijs omittant: Alij autem admiratores nouitatis cupiunt omnium cærimoniarum innouationẽ. Quare commodissimum uisum est, ut spectemus non tam quomodo utrique horum hominum generi satisfiat, quam quod Deo placeat, & utrisque prosit, & tamen ne quisquam offenderetur, cui iustæ rationes possunt satisfacere, adscripsimus hic quasdam rationes, propter quas quidam usitati ritus sunt aboliti, & alij adhuc obseruentur.

Pars enim usitatorum rituum est abolita, propterea quod in multiplicandis illis, nullus neque modus, neque finis fuit, de qua re questus est Beatus Augustinus, dicens: Grauiorem factam esse ex multitudine cærimoniarum conditionem Christianorum, quam fuerat olim Iudæorum sub cærimonijs Mosaicis. Idem consulit ut hoc iugum, quantum fieri potest cum tempore & quiete Ecclesiæ aboleatur. Questi sunt etiam post illum, Ioannes Gerson, Thomas, & alij. Quid, inquiunt, Sancte Pater Augustine diceres, si nunc uiueres? Cum paucæ admodum fuerint cęrimoniæ tuo tempore in Ecclesia, si cum his, quę postea accesserunt, conferantur. Hæc infinita multitudo cærimoniarum præterquam quod intollerabilis fuit, & ordinem magis turbauit, quam ornauit, etiam hoc mali habuit, quod pleræque ex illis gloriam Dei, & beneficia Christi multipliciter extenuarent & obscurarent.

Deinde, Euangelium non est lex aliqua cærimonialis, aut umbratilis, ut fuit illa Mosi constitutio, & sacerdotium Leuiticum, sed est uera religio, uerus cultus Dei, & λογικὴ λατρεία, in qua est libertas Spiritus, quæ non subditur seruitui humanarum traditionum, est etiam contenta illis cærimonijs, quæ sunt institutæ per Christum & Apostolos, & quæ habent manifestam rationem, quod pertineant ad εὐταξίαν & εὐσχημοσύνην, & disciplinam Domini, & quæ commonefaciunt rudes sui officij, reuocant hominibus ad memoriam, quam obedientiam

Deo

Deo debeant, per aliquam manifestam & specialem significati-onem, qua Ecclesia aedificetur.

Sed praecipua caussa abolitionis quarundam caerimonia-rum fuit intollerabilis earum abusus, partim per superstitio-nem & coecitatem ignorantium & indoctorum, partim per in-explebilem auaritiam eorum, qui anteferebant suum lucrum gloriae Dei, ut superstitio non posset tolli, permanentibus ipsis caerimonijs.

Ad illos autem, qui offenduntur propterea, quod aliqui usitati ritus retinentur, hoc responsum uolumus, si considerent disciplinam & ordinem in Ecclesia non posse retineri, sine ali-quibus caerimonijs, facile patientur sibi satisfieri. Hoc autem concesso, quod negari non potest, oportere extare aliquas caeri-monias, hoc necessario consequitur usitatas caerimonias, qui-bus bene uti possumus, reprehendi non posse, propter solam an tiquitatem, quae illis autoritatem magis conciliat, quam repre-hensionem, apud omnes, qui studiosi sunt tranquillitatis, pa-cis publicae, & nolunt insimulari leuitatis, & affectatae nouita-tis, quae omnino, quantum fieri potest, cum propagatione ue-rae doctrinae, uitari debet.

Deinde, sicut inutiles caerimonias sustulimus, ita eas, quae reliquae sunt, nolumus obligare hominum conscientias, & do cemus eas propter iustas caussas posse mutari. Praeterea hae quae sunt relictę, habent manifestam utilitatem aliquam, & seruiunt disciplinae & ordini, neque possunt trahi ad abusus & supersti-tionem, sicut illae, quae abolitae sunt. Postremo, neque damna mus ordinationes Ecclesiarum in alijs Regnis, neq; ipsis leges praescribimus, sed tantum nostris hic in Anglia Ecclesijs. Iudi-camus enim liberum fore cuilibet regno & prouinciae, ut hu-iusmodi constituat caerimonias, quae pijs & doctis istic uiden-tur conducere ad gloriam Dei, & adducendum populum ad amorem uerae doctrinae, & ad bona opera, & ut tollant super-stitionem & abusus, quae tempore irrepere solēt in cęrimonijs, sicut saepe contingit in alijs humanis constitutionibus, & ordi-nationibus, in omnibus regnis & prouincijs, Amen.

Regulae

REGVLAE QVAEDAM DE Cærimonijs.

IN Matutinis & Veſperis, Baptiſmo, Sepultura &c. in Parochialibus Eccleſijs, Miniſter induat ueſtem lineam, in Cathedralibus, & Collegijs Archidiaconi, Diaconi, Doctores, Præpoſiti, Magiſtri, poſſunt uti ornamentis ſuorum graduum & dignitatum, Sed in omnibus alijs locis, liberum erit Miniſtris, uti & non uti linea ueſte.

Epiſcopus in celebratione Cœnæ, & adminiſtratione Sacramentorum, induat lineam, aut Albam & Cappam, uel Caſulam, & habeat baculum paſtoralem. Quantum ad genuflexionem & conſignationem ſigno crucis, eleuationem manuum, tunſionem pectoris, & ſimiles geſtus, liberum erit cuique ſequi ſuam ſententiam.

Die Natalis, Paſchæ, Aſcenſionis, Pentecoſtes, Trinitatis, poterit recitari aliquis ſcripturæ locus, Feſto conueniens, loco Letaniæ.

Propter contionem ad populum, uel aliam iuſtam cauſam, Miniſter poterit ſuo arbitratu omittere Letaniam, Gloria in excelſis, Credo, & exhortationem ad Communionem.

FINIS.


GR III

